

SOMNIVM SCIPIONIS EX CICERONIS LIBRO DE REPUBLICA EXCERPTVM.

VM IN APHRICAM VENISSEM A MANLIO CONSULE AD QRTA LEGIONE TRIBUNUS (UT SCITIS) MILITU Nihil mihi fuit potius: qd ut massinissimam conuenire regem familiæ nostræ iustis de causis amicissimū: ad quæ ut ueni complexus me senex collachrimauit aliquanto, post suspexit ad cælū: & grates inquit ubi summe Sol ago: uobisq; reliquis cælestes: qd anteq; ex hac uita migro: conspicio in meo regno & i his tecis Pub. Cornelius Scipionem cuius ego nomine ipse recreor: ita nūq; ex aio meo discessit illius optimi atq; inuictissimi uiri memoria: deinde ego illū de regno suo: ille me de nra repu. percutatus est: multaq; uerbis ultro citroq; habitis ille nobis consuptus est dies. Post aut regio apparatu accepti sermonē i multā nocte pduximus:

cum senex nihil nisi de Aphricano loqueretur: omniaq; nō solum eius facta: sed etiā dicta memini nisset: deinde ut cubitu discessimus: me & de uia & quia ad multā nocte uigilassem arctior qd solebat somnus cōplexus est. Hic ergo mihi (credo) equidē ex hoc quod eramus locuti: sit enī sāpe fere ut cogitationes sermonesq; nostri pariat aliquid in somno tale: quale de Homero scribit Ennius: de quo uidelicet sāpissime uigilans solebat cogitare & loqui) Aphricanus se ostēdit ea forma quæ mihi ex imagine eius qd ex ipso notior erat: quæ ut agnoui equidē corrui. Sed ille ades in quiet animo. & omitte timorē Scipio: & quæ dicā memoria trade. Vides ne illā urbem quæ pare rei p. coacta p me renouat pristina bella nec pōt quiescere: Ostendebat autē Carthaginē de excello & pleno stellarum illustri & claro quodā loco: ad quā tu oppugnandam nūc uenis pene miles. Hanc hoc biennio consul euertes: eritq; tibi id cognomē per te partū: quod habes adhuc hæreditarium a nobis. Cum autem Carthaginē deleueris: triūphum egeris cōsorgi fueris & obieris legatus Aegyptū Syriā Asiam Greciamq; delegere ite: consul absens & bellū maximū cōficies Numantia excides. Sed cū eris curru in Capitoliu inuestitus: offendens répu. perturbatā consiliis nepotis mei. Hic tu Aphricane ostēdas oportebit patriæ lumen animi ingenii consiliiq; tui: Sed eius temporis ancipitē uideo quasi satorum uia. Nam cum ætas tua septenos octies Solis anfractus reditusq; conuerteret, duoq; hi numeri quorum uterq; plenus: alter altera de causa habetur circuitu naturali: summā tibi fatalē consecerint: in te unū a tq; in tuū nomen se tota cōuertet ciuitas. Te senatus: te omnes boni: te socii: te latini intuebuntur. Tu eris unus: in quo nitatur ciuitatis salus. Ac ne multa dictator rempu. cōstituas oportet: si impias propinquas manus effugeris. Hic cū exclamauisset Lælius: ingenuissimq; cæteri uehemētiū: leniter arridēs. Scipio: quæso inquit: ne me a sōno exciteris: & pax sit rebus. Audite cætera. Sed quo sis Aphricane alacrior ad tutandā tempu. sic habeto: Omnibus qui patriæ conseruauerint adiuuerint auxerint: certū esse ī cælo diffinitum locum: ubi beati sempiterno æuo fruantur. Nihil est ergo illi principi deo: qui omnē mundū regit: quod quidē in terris fiat acceptius: qd concilia cœtuq; hominū iure sociati: quæ ciuitates appellantur. Haec rectores & conseruatorēs hinc pfecti huc reuertuntur. Hic ego (& si eram perterritus non tam mortis metu qd insidiarum a meis) quæsiui tamen uiueret ne ipse & pater Paulus: & alii quos nos extintos arbitrabamur: imo uero inquit hi uiuūt: qd corporū uinculis tanq; & carcere euolauerunt. Vesta uero quæ dicitur uita mors est. Quin tu aspicias ad te uenientē patrem Paulū: Quē ut uidi: equidē uim lachrymæ pfudi. Ille autē me cōplexus atq; osculans fere prohibebat. Atq; ego ut primū fletu represso loqui posse coepi quæso inq; pater sanctissime atq; optime: quoniā hæc est uita: ut audio Aphricanū dicere: quid moror i terris: quin huc ad uos propero uenire? Non est ita inquit ille. Nisi enim cū deus is: cuius hoc tēplū est omne qd conspicis: istis te corporis custodis liberauerit: huc tibi aditus petere non potest. Homines enim sunt hac lege generati: qui tuerentur illū globum: quæ in hoc templo mediū uides: quæ terra dicitur. hisq; animis datus est ex illis sempiternis ignibus: quæ sydera & stellas uocatis: quæ rotundæ & globosæ diuinis animatae mentibus circulos suos orbēs cōficiunt celeritate mirabili. Quare & tibi Publi & piis omnibus retinēdus animus ē in custodia corporis: nec in iussu eius: a quo ille est nobis datus ex hominū uita migrandū est ne munus humanū assignatum a deo defugisse uideamini: Sed sic Scipio: ut auus hic tuus & ut ego qui te genui: iusticia cole & pietatem: quæ cum magna in parentibus & propinquis tum in patria maxima est. Ea uita uia est in cælum & in hunc cœtum eorum qui iam uixerunt: & corpore laxati illū incolū locū: quæ uides. Erat autē is splendidissimo candore iter flamas eluens circulus: quæ uos (ut a Graiis accepistis) orbē lacteū nuncupatis: ex quo omnia mihi contéplanti præclara cætera & mirabilia



Luna

Nouē cir-  
culi.  
Circulus  
primus  
Secūdus  
Saturnia e  
circulus  
louis  
Martis  
Solis  
Veneris  
Mercurii  
Luna  
cæli armo-  
nia

Sōnij.vii.

cataclupa

zone cæli

Scribenda humana  
soreeluviones  
explicatio  
terras

sing. memoria omnia ē

sere certens  
quod appellari posse

uidebantur. Erant aut̄ hæ stellæ quas nunq̄ ex hoc loco uidimus; & hæ magnitudines omnium quas esse nūq̄ suspicati sumus. Ex quibus erat ea minima: quæ ultia a cælo citima terris luce lu- cebat aliena. Stellarum autem globi terra magnitudinē facile uincebant. Iam uero ipsa terra ita mihi parua uisa est: ut me imperii nostri quo quasi pūctum eius attingimus: pœniteret. Quā cū magis intueret: quæ so inquit Aphricanus: quousq; humi defixa erit tua mēs. Non ne aspicis q̄ i tēpla ueneris? Nouē tibi orbibus uel potius globis connexa sunt omnia: quog; unus est cælestis extimus: qui reliquos completitur omnis summus ipse deus arcens & continēs cæteros: in quo sunt infixi illi qui uoluūt stellæ cursus sempiterni. Cui subiecti seprē: qui uersantur retro cōtrario motu atq; cælū: E quibus unū globum possidet illa: quā in terris saturniā nominat. Deinde hominū generi prosperus & salutaris ille fulgor: qui dicitur iouis: tunc rutilus & horribilisq; terris: quē Martē dicitis. Deinde subter mediā fere regionē sol obtinet dux & princeps & mode- rator luminis reliquoq; mens mundi & temperatio tanta magnitudine: ut cuncta sua luce cō- pleat & lustret. Hunc ut comites consequitūr Veneris alter: alter Mercurii cursus. In insimocq; orbe Luna radiis solis succēsa conuertitur. Infra aut̄ iam nihil est: nisi mortale & caducū præter animos munere deorum hominū generi datos: supra lunā sunt aeterna omnia. Nam ea quæ est media & noua tellus neq; mouetur: & insima est: & in ea ferūt omnia nutu suo pondera. Quæ cum intuerer stupens: ut me recepi: quid inq̄ est qui cōplet aures meas tantus & tā dulcis sonus? Hic ē inquit ille: qui iteruallis coniunctus imparibus sed tamē prorata pte ratione distinctissimū pulsū & motu ipsoq; orbiū conficitur: & acuta cum graibus temperās uarios & quabiliter cō- centus efficit. Nec silentio tanti motus incitari possunt: & natura fert ut extrema ex altera parte grauetur: ex altera autē acute sonetur. Quā ob causam summus ille stellifer cæli cuius cōuersio concitatior est: acuto & excitato mouet sōno: grauissimo aut̄ hic lunaris atq; insimus. Nā terra nona imobilis manens ima sede semp̄ hæret cōplexa mediū locum mundi. Illi aut̄ oīto cursus: in quibus eadem uis est modog; septē efficiunt distinctos interuallis sonos: qui numerus rerum omnium fere nodus est: quod docti homines neruis imitati atq; cantibus apuerūt sibi reditū in hunc locum: sicut alii qui p̄stantibus ingenis in uita humana diuina studia coluerūt. Hoc so- lūtū complecta aures hominū obsurduerūt. Nec est ullus hebetior sensus in uobis: sicut ubi Ni accedit: propter magnitudinē sonitus sensu audiendi caret. Hic uero tantus est totius mundi so- nitus incitatissima conuersione: ut eū aures hominū capere nō possint: sicut intueri sole aduer- sum nequitis: eius radiis acies uestra sensuq; uincitur. Hæc ego admirans referebam tamē oculos ad terram idētē. Tunc Aphricanus sentio inquit te sedem etiam nūc hominū ac domū cō- templari: quæ sibi parua ut est ita uidetur. Hæc cælestia semper spectato: illa humana cōtemnitō: Tu enī quā celebitatem sermonis hominū aut̄ quā expetendā consequi gloriā potes? Vides ha- bitari rarū & angustis in locis: & in ipsis q̄si maculis: ubi habitatur: ualitas solitudines iterieuctas hosq; qui incolunt terrā non mō interruptos ita esse: ut nihil inter ipsos ab aliis ad alios manere possit: cē partim obliquos partim transuersos partim omnes aduersos stare uobis a quibus spe- clare gloriam certe nullā potestis. Cernis autem eandē terram quasi redimittā & circundatā cī- gulis. E quibus duos maxime inter se diuersos & ipsis uerticibus cæli ex utrāq; pte subnixos ob- riguisse pruina uides. Mediū autem illū & maximū solis ardore torri. Duo sunt habitabiles: quorum australis ille in quo qui insistunt aduersa uobis urgent uestigia. Nihil ad uestrum ge- nus. Hic aut̄ alter libiectus aquiloni certe q̄ tenui uos parte cōtingat. Omnis autem terra quæ colitur uobis: angustata uerticibus lateribus latior parua quædam insula est circūfusa illo mari: quod athlaticum: quod magnū qd̄ oceanū appellatis in terris qui tamen tanto nomine q̄ sit par- uis uides. Ex his ipsis cultis notisq; terris num aut tuū aut cuiusq; nostrū nomē uel caucasum hūc quē cernis trancendere potuit: uel illum gāgēm tranatare: uel quis in reliquis orientis aut abeuntis solis ultimis aut aquilonis austriue partibus tuum nomen audiet? Quibus amputatis cernis profecto quātis in angustiis nostra se gloria dilatarī uelit. Ipsi autem qui de nobis loquū- tur: q̄ loquentur diu. Quin si cupiat proles illa futuroq; hominū deinceps laudes uniūscuiusq; nostrum a patribus acceptas posteris prodere: tamen propter eluviones exustionesq; terrarum: quas accidere tempore certo necesse est: non modo nō aeternā sed ne diuturnā quidē gloriā asse- qui possumus. Quid enim interest ab his qui postea nascētur sermonē fore de te cū ab his nul- lus fuerit qui ante nati sunt: qui nec pauciores & certe meliores fuerūt uiri: præsertim cū apud eos ipsos a quibus audiri nomen nostrū pōt: nemo unius anni memoriā consequi possit. Homi- nes autem annum tantū solis idest unius astri redditum metiuntur: re ipsa autem Cum ad idem autem unde semel profecta sunt: cuncta astra redierint: eandēq; totius cæli descriptionē longis interuallis retulerint tunc ille uere uertens annus appellari pōt: in quo uix dicere audeo q̄ multa

hominum sæcula teneātur. Nāc ut olim sol deficere hominibus extinguiq; uisus est: cū Romu- li ap̄imus hæc ipsa in tēpla penetrauit: quād ab eadē parte sole odēq; tēpore ite q̄ defecerit tū signis omnibus stellisq; ad principium reuocatis expletū annum habeto. Cuius quidē anni nun- dum uice simā partem scito esse conuersam. Quo si reditū in hunc locum desperaueris: in quo omnia sunt magnis & prestantibus uiris: quātū tandem est gloria hominum: quā p̄tinere uix: ad tunius anni partem exigū pōt: Igitur alte spēctare si uoles atq; hanc sedē & aeternā domum con- tueri: neḡ te sermonibus uulgi dederis: nec in p̄mis humanis spem posueris terum tuarū: suis te illecebris oportet ipsa uirtus trahat ad uerū decus. Quod de te alii loquāt̄ ipsi uideāt: sed lo- quentur tamen. Sermo enī ille omnis & angustiis cingitur his regionū quas uides. Nec unq; de ullo perennis sūt obruitur hominū interitu: obliuione posteritatis extinguitur. Quæ cum di- xisset: ego uero inq̄ Aphricane equidē bene meritis de patria quasi limes ad cælū aditū patet: q̄q; a pueritia uestigiis ingressus patris & tuis decori uestro nō defui: non tamen p̄mio tāto p̄posito enīt̄ multo uigilantius. Et ille: tu uero emite: & te habeto non esse mortalē: sed corpus hoc. Nec enim tu is es quē forma ista declarat: sed mens cuiusq; is est quisq; non ea figura quæ digi- to demonstrari pōt. Deum te igitur scito esse: siquidē est deus qui uiget: qui sentit: qui meminit: qui prouidet: qui tam regit & moderatur & mouet id corpus cui p̄cipitū est: q̄ hunc mundū ille princeps deus: & ut ipse mundū ex quadā parte mortalē ipse deus aeternus: sic fragile corpus animus sempiternus mouet: nam quod semp̄ mouetur: aeternū est: quod aut̄ motū affert alicui quodq; ipsum agitat aliud quando finē habet motus: uiuendi finē habeat necesse est. Solum igitur quod se mouet quia nunq̄ deseritur a se: nunq̄ ne quidē moueri definit: quin etiā cæteris quæ mouentur: hinc sōns hoc principium est mouēdi: principio autem nulla est origo: nam ex principio oriuntur omnia: ipsum autem nulla ex re alia nasci pōt: nec enī id esset principiū qd̄ gigneretur aliunde. Quod si nūq̄ oritur: nec occidit quidē unq̄. nam p̄cipium extinctum nec ipsum ab alio renascetur: nec ex se aliud creabit. Si quidē necesse est a principio oriri omnia: ita sit ut motus principiū ex eo sit: quod a seipsum mouetur. Id aut̄ nec nasci pōt nec mori. Vel con- cīdat omne cælū omnisiq; natura: cōsistat necesse est. Nec uim ullam nanciscatur: q̄ a primo im- pulū moueat. Cum pateat igit̄ id aeternū esse: quod a se ipso moueat: quis est q̄ hanc naturā animis esse tributā neget. Inanimatū uel inanimū ut ē omne: qd̄ pulsū agitat externo. Quod enim est aia: id motu cietur interiore & suo. Nam hæc est p̄pria natura animæ atq; uis. Quæ si est una ex omnibus quæ se se moueat: neq; nata certe est: & aeterna est. Hanc tu exerce optimis i rebus. Sunt autem hæ optimæ curæ de salute patriæ: quibus agitatus & exercitatus animus ue- locius in hanc sedem & domū suā puolabit. Idq; otius faciet: si iam tū cū inclusus erit i corpore: eminebit foras & ea quæ extra erūt contéplans: q̄ maxime se a corpore extrahet. Nanq; eorum animi: qui se uoluptatibus corporis dediderūt: earūq; se quasi ministros p̄ebuerūt: impulsuq; libidinū uoluptatibus obedientiū deoq; & hominū iura uiolauerūt: corporibus elapli circū terram ipsam uolatūt̄. Nec hūc in locum nisi multis exagitati sacerdos reuerūt̄. Ille discessit: ego somno solutus sum.

MACROBII AVRELII THEODOSII VIRI CONSULARIS ET ILLVSTRIS IN SOM-  
NIVM SCIPIONIS EXPOSITIONIS Q. VAM ELEGANTISSIME. LIBER PRIMVS:

INTER PLATONIS CICERONIS Q. VE LIBROS quos de repu. utrūq; constituisse constat: Eustachi fili uitæ Mihi dulcedo pariter & gloria hoc interesse prima fronte prospexit: qd̄ ille rempub. ordinavit: hic retulit. alter qualis esse de- beret: alter qualis esset a maioribus instituta differuit. In hoc tamen uel maxime operis similitudinem seruauit imitatio: qd̄ cum Plato in uoluminis conclusione a quodam uitæ redito: quā reliquissē uidebatur indicari faciat. qui sit exutarum cor- poribus status animarum: adiecta his quadam sperarum uel syderum non ociosa descriptione rerum facies non dissimilia significans a tulliano Scipione per quietem sibi ingesta narra- tur. Sed quod uel illi cōmento tali uel huic tali somnio in his potissimum libris opus fuerit: in quibus de rerūpub. statu lo- quebatur: quoque attinuerit inter gubernandarum urbium constituta círculos orbes globoq; describere: de stellarum modo: de cæli conuersione tractare quæ situ dignum & mihi uisum est

a ii i



iusticiæ a/  
mopher. q mōr  
tuus reui  
xitColotes e  
picurusqua re rep  
tae fabulae

& aliis fortasse uideatur: ne uiros sapietia præcellentes: nihile; inuestigatione ueri nisi diuinum sentire solitos aliquid castigato operi adiectisse superfluum suspicemur. De hoc prius ergo pauca dicenda sunt: ut liquido mens operis de quo loquimur innotescat. Rerum omnium Plato & actuū naturam penitus inspiciens aduertit in omni sermone suo de repu. institutione præposito infundendum animis iusticiæ amorem: sine qua non solum repu. sed ne exiguis hominum cœtus nec domus quidem parua constabit. Ad hunc porro iusticiæ affectum pectoribus incalculandum nihil æque patrocinatur: uidit: q̄ si fructus eius non uideretur cum uita hominis terminari. Hunc uero superstitem durare post hominem: qui poterat ostendit: nisi prius de animæ immortalitate constaret. Fide autem facta perpetuitatis animarum consequens esse animaduertit: ut certa illis loca nexibus corporis abolitus pro contéplatu probi imþobiue meriti deputa sint. Sic in Phedrone inexpugnabilium luce rationum anima i ueram dignitatē proprie immortaliatis assertæ sequitur distinctio locoru: quæ hanc uitā relinquētibus ea lege debentur: quā sibi quisq; uiuendo sanxerit. Sic in Gorgia post peractam pro iusticia disputationem de habitu post corpus animarum morali grauitate socraticæ dulcedinis ammonemur. Igitur idem obseruanter lecetus est in illis præcipue uoluminibus: quibus statum reipub. formandum recipit. Nam postq; principatum iusticiæ dedit & docuit animam post animal non perire. Per illādemum fabulam (sic enim quidam uocant) quo anima post corpus euadat: uel unde ad corpus ueniat in fine operis afferuit ut iusticiæ uel cultæ premium uel spretæ poenam animis quippe immortalibus subiurisq; iudicium seruari doceret: hūc ordinem Tullius non minore iudicio referuans: q̄ ingenio repertus est postq; in omni reipub. ocio ac negocio palmam iusticiæ disputando dedit: sacras immortalium animarum sedes & celestium arcana regionum in ipso consuati operis fastigio collocauit indicans quo his perueniēdum uel potius reuertendum sit: qui rempub. cum prudentia iusticia fortitudine atq; moderatione tractauerint. Sed ille platonicus secretorum relator Her. quidam nomine fuit natione Pamphilus miles officio: qui cum uulnibus in prælio acceptis uitam effudiisse uisus: duodecimo demum die iter cæteros una peremptos ultimo esset honorandus: igne subito seu recepta anima seu retenta quicquid emensis iter utrancq; uitam diebus egerat uideratque tanq; publicum professus iudicium humano generi nū clauit. Hanc fabulam Cicero licet ab indoctis quasi ipse ueri conscius doleat irrisam: exemplū tamen stolidæ reprehensionis uitans excitari narraturum q̄ reuiscere maluit. Ac prius q̄ somni uerba consulamus enodādum nobis est: a quo genere hominum Tullius memoret uel irrisam Platonis fabulam: uel ne idem sibi ueniat non uereri. Nec enim his uerbis uult imperitū uulgas intelligi: sed genus hominum ueri ignarum sub peritiae ostentatione: quippe quos & legisse talia & ad reprehendendum animatos constaret. Dicemus igitur & quos in tantum philosophum referat quandam censuræ exercuisse levitatem: quisue eorum etiam scriptam reliquerit accusationem: & postremo quid pro ea duntaxat parte quæ huic operi necessaria est responderi conueniat obiectis. Quibus (quod factu facile est) eneruatis iam quicquid uel contra Ciceronis opinionem etiam in Scipionis somnum seu iacularus est unquā morsus liuoris seu forte iacula bitur dissolutum erit. Epicureorū tota factio aequo semper errore a uero de uia & illa extimans ridenda: quæ nesciat sacram uolumen & angustissima irrisit naturæ seria. Colotes uero inter Epicuri auditores loquacitate notabilior etiam in librum tetrulit: quæ de hoc amarus cauillatus est. Sed cæteræ quæ iniuria norauit: siquidem ad somniū de quo hic procedit sermo non attinent: hoc loco nobis omittenda sunt. Illam calumniam prosequamur quæ nisi suppleretur: manebis Ciceroni cum Platone communis. Ait enim a philosopho fabulam nō oportuisse confingi: quoniam nullum segmenti genus ueri professoribus conueniret. Cur enim inquit: si rege cælestiū notionem: si habitu animæ demonstrare uoluerit: non simplici & absoluta hoc insinuatione curatura est? Sed quæ sita persona casusq; excogitata nouitas & composita aduocati scæna segmenti ipsam querendi ueri ianuam mendacio pollueret: hæc quoniam dum de platico ære iactantur etiam quietem Aphricani nostri somniantis incusant. Vtraque enim sub apposito arguento electa persona est: quæ accommoda epunciandis haberetur. Resistamus urgenti: & frustra arguens refellatur calumnia: ut una dissoluta utriusq; factum incolume ut fas est retineat dignitatem. Nec omnibus fabulis repugnat philosophia nec omnibus acquiescit: & ut facile secerni possit: quæ ex his ab se abdicet: ac uelut profana ab ipso uelibulo factæ disputationis excludat: quæ etiam sæpe ac libenter admittat diuisionum gradibus explicandum. Fabulæ quarum nomen indicat falsi professionem: aut tantum concilianda auribus uoluptatis: aut adhortationis quoque in bonam frugem gratia repartæ sunt: auditum mulcent uelut comedie quales Menander eiusue imitatores agendas dederunt: uel argumenta fictis casibus amatorum referta: quibus uel multum se Arbitrè exercuit: uel

Apuleium nō nunq; iusisse miramur. Hoc totum fabularum genus: quod solas aurium delicias profitetur: e sacrario suo in nutricum cunas sapientiæ tractatus eliminat. Ex his autem quæ ad quandam uirtutum speciem intellectum legentis hortantur fit secunda discretio. In quibusdā enim & argumentum ex dicto locatur: & per mendacia ipse relationis ordo contextur: ut sunt illæ Esiopi fabulæ elegantiæ fictionis illustres. At in aliis argumentum quidem fundatur ueri soliditate: sed hæc ipsa ueritas per quædam composita & ficta profertur. & hæc iam uocantur narrationi fabulosa non fabula: ut sunt ceremoniarum sacra Heliodori & Orphæi quæ de deorum progenie actiue narrantur: ut mystica pythagoreorum sensa referunt. Ergo ex hac secunda divisione: quā diximus a philosophia libris prior species quæ concepta de falso per falsum narratur aliena est. Sequens in aliam rursus discretionem scissâ diuiditur. Nam cum ueritas argumento subest: solaq; fit narrationi fabulosa non unus reperit modus per segmentum uera referendi: Aut enim contextio narrationis per turpia & indigna numinibus ac monstro similia componuntur: ut dei adulteri Saturnus pudenda Cælii patris abscondens: & ipse rursus a filio regno potito in undas coniectus: quod genus totum philosophi nescire malunt. Aut sacrarum rerum notio sub pio segmentorum uelamine honestis & recta rebus & uestita nominibus enunciatur. Et hoc est solum segmenti genus: quod cantio de diuinis rebus philosophantur admittit. Cum igitur nullam disputationi pariat iniuriam uel hæc index uel somnians Aphricanus: sed rerum sacrarum enunciatio integra sui dignitate his sit recta nominibus: accusator tandem edocitus a fabulis fabulosa fecernere conuictus. Sciendum est tamen non in omnem disputationem philosophos admittere fabulosa uel licita: sed his uti solent cum uel de anima uel de aereis uel de æthereis potestatis uel de cæteris diis loquuntur. Cæterum cum ad summum & principem omnium deum: qui apud græcos τὸν τοπικὸν νοῦν appellant originales rerum species quæ εἰδῶν dicte sunt continentis ex summo natam & perfectam deo. Cum his in qua loquuntur deo & mente nil fabulosum penitus attingunt. Sed si quid de his assignare conantur: quæ non sermonem tantummodo: sed cogitationem humanam superant: ad similitudines & exempla configuunt. Sic Plato cum de τῷ τοπικῷ νοῷ loqui esset animatus: dicere quid sit non est ausus: hoc solum de eo sciens q̄ sciri quale sit ab homine non possit. Solum uero ei similem de uisibilibus solem reperit: & per eius similitudinem uiam sermoni suo attollendi se ad non comprehensibilis patefecit: ideo ut nullum et simulacrum cum diis aliis constituetur finxit antiquitas quia summus deus nataq; ex eo mens sicut ultra animam ita supra natum sunt: quo nihil fas est de fabulis peruenire: De diis autem (ut dixi) cæteris & de anima nō frustra se nec ut oblectent ad fabulosa conuertunt: sed quia sciunt inimicam esse naturæ aperiunt nudamq; expositionem sui: quæ sicut vulgaribus hominum sensibus intellectum sicut uario rerum regime experimentoq; subtrahit: ita a prudentibus arcana sua uoluit per fabulosa tractari. Sic ipsa mysteria figurarum cuniculis operiuntur: ne uel hæc adeptis nudam rerum talium se natura präbeat: sed sumatibus tantum uiris sapientia interprete ueri arcani contenti sint reliqui ad uenerationem figuris defendantibus a uilitate secretum. Numinio deindeq; inter philosophos occultorum curiosiori offendam numinum. q̄ Eleusina sacra interpretando uulgauerit: somnia prodiderunt uiso sibi ipsas eleusinas deas habitu meretricio ante apertū lupinar uidere: pstantes: admiratīc; & caulas nō cōuenientis numinibus turpitudinis cōfusenti respondisse iratas: ab ipso se adito pudicitia suæ uel abstractas & passim adeuentibus prostatas. Adeo enim ita se & sciri & coli numina uoluerunt: qualiter in uulgas antiquitas ipsa fabulata est: quæ & imaginis & simulacra formarum talium prorsus alienis: & ætates tam incrementi q̄ diminutionis ignaris & amictus ornatusq; uarios corpus non habentibus assignavit. Secundum hæc pythagoras ipse atq; Empedocles Parthenides quoq; & Eraclitus de diis fabulati sunt nec secus Timæus qui progenies eorum sicut traditum fuerat executus est. His prælibatis anteq; ipsa somniū uerba tractemus: priusquot somniandi modos obseruatio deprehenderit cum licentiæ figurarum quæ passim quiescentibus ingeruntur sub diffinitione & regulam uetus mitteret edisseramus: ut cui eorum generi somnum quo de agimus applicandum sit innotescat. Omnium quæ uidere sibi dormientes uidentur quinq; sunt principales diversitates & nomina. Aut enim est ὁὐεῖος secundum græcos quod latini somnū uocant aut ὁὐεῖος quod uisio recte appellatur aut χρήματος uos quod oraculum nuncupatur: aut est ἐνύπνιος quod in somnum dicitur. φάντασμα quod Cicero quotiens opus hoc nomine sive uisum uocauit. Ultima ex his duo cum uideantur cura interpretationis indigna quæ nihil distinctionis apportant ἐνύπνιος dico & φάντασμα. Est enim ἐνύπνιος quotiens circa opprefsi animi uel corporis sive fortunæ qualis uigilantem fatigauerit tales se ingerit dormienti,

a. iiiii



*ergo. scilicet. Tristia*

Animi ut si amator delitiis suis aut fruentem se uideat aut carētem: si metueris quis imminētē sibi insidiis uel potestate personam: aut incurrisse hanc ex imagine cogitationum suarum aut effugissē uideatur. Corporis si temeto ingurgitatus aut distentus cibo uel abundantia præfōcari le extimet uel grauantibus exonerari: aut contra si esuriens cibum: aut potum sitiens desiderate quærere uel etiam inuenisse uideatur: fortunæ cum se quis existimat uel potentia uel magistratu aut augeri pro desiderio aut exū pro timore: Hæc & his similia quoniā ex habitu mentis quietem sicut præuenerant ita & turbauerant dormientis: una cum somno aduolant & pariter euaneſcunt. Hinc & in somnio nomen non quia per somnum uidetur (hoc enim est huic generi cōmune cum ceteris) sed quia in ipso somnio tantummodo esse creditur dum uidetur: post somnium nullam sui utilitatem uel significationem relinquit: falsa esse inſomnia nec Maro tacuit. Sed falsa ad cælum mittunt in ſomnia manes: cælum hic uſuorum regionem uocans: quia ſicut dii nobis: ita nos defunctis ſuperi habemur: amore quoq; deſcribens: cuius curam ſempre ſequunt inſomnia ait. Hæretiſixi pectore uultus Verbag; nec placidā mēbris dat cura quietem. Et poſt hæc Anna ſoror quæ me iuſpenſam inſomnia terrent:

**Phantaſma** φάνταſμα: uero hoc eſt uifum cum inter uigiliam & adultam quietē in quadam(ut aiūt) patria ſomniī nebula adhuc uigilare ſe existimans qui dormire uix coepit: aſpicere uidetur irruentes i ſe uel paſſim uagantes formas a natura ſeu magnitudine ſeu ſpecie diſcrepantes uariaſq; tempeſtates terum uel lētas uel turbulentas. In hoc genere eſt ἔπικλήθη quom publica per ualio quiſ ſcenſtes opinatur inuadere & pōdere ſuo preſtoſ ac ſentiētes grauare. His duobus modis ad nullam noſcendi futuri opem receptis tribus cæteris in ingenio diuinaſtōis instruimur. Et eſt ora-

**Oraculum** culum quidem cum in ſomniſ parens uel alia ſancta grauiſq; persona ſeu ſacerdos uel etiā deuſ apte euenturum quid aut non euenturum faciendū uitāduue denunciati. Viſio eſt aut̄ cū id qd uideſt quod eodem modo quo apparuerat eueniet: amicum peregre cōmorantem quē nō cogi- tabat: uifus eſt ſibi reuertum uidere: & procedenti obuius quē uiderat uenit in amplexus. Depoſitum inquiete uifcepit: & matutinus ei p̄æcator occurrit mādans pecuniam tutelæ & fidei cuſtodiæ cælandam cōmittens. ſomniū proprie uocatur quod tegit ſiguris & uelat ambagiſbus

**Viſio** non niſi interpretatione intelligendam ſignificationem rei quæ demonstratur quod quale ſit: non a nobis exponendum eſt: cum hoc unusquisq; ex uſu quid ſit agnoscat: huius quinq; ſunt ſpecies: aut enim proprium aut alienū aut cōmune aut publicum aut generale eſt. Proprium eſt cum ſe quicquid patientē aliquid ſomniat: alienum cum aliū: cōmune cū ſe una cū alio: publicū eſt cum ciuitati foroue uel theatro ſeu quibuslibet publicis mēnibus aſtibus ue triste uel lētum quid extimat accidisse: generale eſt cum quis circa ſolis orbem lunare ſe globū ſeu alia ſydera uel cælum omnesq; terras aliquid ſomniat innouatum. Hoc autem quod Scipio uideſſe ſe rettulit: & tria illa quæ ſola probabilitaſ ſunt genera principalitatis amplectitur: & oēs ipſius ſomniī ſpecies attingit. Eſt enim oraculum: quia Paulus & Aphricanus uterq; parens fan-eti graueſq; ambo nec alieni a ſacerdotio quid illi euenturum eſſet enunciarūt. Eſt viſio: quia lo- ca ipſa in quibus poſt corpus uel qualis futurus eſſet aſpexit. Eſt ſomniū: quia rerum quæ illi narratæ ſunt: altitudo teſta profunditate prudētia non poſteſt nobis niſi ſcientia interpretatio- nis aperiri. Ad ipſius quoq; ſomniī ſpecies omnes refert. Eſt proprium: quia ad ſupera ipſe pdu- etus eſt & de ſe futura cognouit. Eſt alienum: quæ ſtatim aliorū animaſ ſortitæ ſunt deprehe- dit. Eſt cōmune: quæ eadem loca tam ſibi q̄ cæteris eiusdem meriti didicit p̄æparari. Eſt publicū: quæ uictoriā patriæ & Carthaginis interitum & capitolinum triumphū & ſollitudo ſuture ſe ditionis agnouit. Eſt generale: quæ cælum cæliq; círculos cōuerſionisq; concentum uiuo adhuc hōi noua & incognita ſtaralum etiam ac luminū motus terræq; ois ſitu ſuſpicioendo uel deſpi- ciendo coſcepit. Nec dici pōt nō aptū uifile Scipiōis pſonæ ſomniū qd & generale eſſet & publi- cū: quæ necdū illi cōtigiffet ampliſſimus magiſtratus: iſmo cū adhuc ut ipſe dicit pene miſles habe- ref. Aīut enī nō habenda pro ueris de ſtatu ciuitatis ſomnia: niſi quæ rector eius magiſtratus ſue uideſſet: aut quæ de plebe non unus ſed multi ſimilia ſomniaſſent. ideo apud Homerum cum i cōcilio græcoq; Agamēnon ſomniū qd de instruēdo p̄ælio uiderat publicaret Nestor q nō minus ipſe prudētia q̄ ois iuuēta uiribus iuuuit exercitū cōciliā ſidem re latiſ de ſtatu inquit pu- blico credendum regio ſomniū. qd ſi alter uideſſet: repudiaremus ut futile. Sed nō ab re erat ut Scipio et ſi necdū adeptus tunc erat cōſulatū nec erat rector exercitus carthaginis ſomniaret ſte- ritum cuius erat auctor futurus audiretq; uictoriā beneficio ſuo publicanda: uideret etiā ſecre- ta naturaſ uit nō minus phia q̄ uirtute p̄æcellēs. His aſſertis q̄ a ſupiuſ ſalſitatis iſomniōrum Virgilii teſtem citates eius uerſus fecimus mentionē eruti de geminarum ſomniū deſcriptione portarū: ſi quis forte quærere uelit: cur porta ex ebore ſalſis e cornu ueris ſit deputata: inſtrueſt auctore Porphyrio: qui in cōmentariis ſuis hæc in eundem locum dicit ab Homero ſub eadem

*Honesti & memo- rati digni Scipioſi in*

diuifione deſcriptum. Latet inquit omne uerū: hoc tamen anima ſum ab officiis corporis ſom- no eius paululū libera eſt: interdum aſpicit nonnūq; tendit aciē nec tamē peruenit: & cū aſpicit tamen non libero & directo lumine uideſt: ſed interieſto uelamine: quod nexus naturæ calligan- tis obducit: & hoc in natura eſte idem Virgilius aſſerit dicens: Aſpice nāglomnē: quæ nūc ob- ducta tuēti Mortales hebetat uifus tibi: & humida circum Calligat nubem cripia. Hoc uelame- cum inquiete ad uerum uſq; aciē intro p̄iciētis admittit: de cornu creditur: cuius iſta natura e: ut tenuatum uifui parui ſit. Cum autem a uero hebetat ac repellit obtutum: ebur putatur: cu ius corporis ita natura densatū eſt: ut ad quāuis extremitatē tenuitatis crassum nullo uisu ad ul- teriora tendētē penetretur. Tractatis generibus & modis ad quos ſomnum Scipionis refertur: nunc iſam eiusdem ſomniī mentē iſumq; ppoſitum: quod græci ſcōntrō uocant: anteq; uer- ba inſpiciantur tentem aperire: & eo pertinere propositum p̄æſentis operis aſſeramus: ſicut iam in principio huius ſermonis adiſtriximus: ut aīas bene de repu. merito & poſt corpora cælo redi: & illic frui beatitudinis perpetuitate nos doceat. Nam ſcipionem iſum hæc occasio ad narrandum ſomnum prouocauit: q̄ longo tépore ſe testatus eſt ſilentio cōdidisse. Cum enim Lælius quærereſ nullas Nasicae ſtatuaſ i publico i intersecti tyrāni remuneratōe locatas: respōdit Scipio poſt alia in hæc uerba: Sed q̄q; ſapientibus conſcientia iſla factō: egregiorum ampliſſimum uirtutis eſt p̄mū: tamen illa diuina uirtus non ſtatuaſ plūbo inhaeretes nec triūphos areſcētibus laureis: ſed ſtabiliora quædam & uiridiora p̄miorum genera deſiderat: quæ tamen iſta ſūt: inquit Lælius: Tum Scipio patimini me iquit: quoniā tertium diem iam feriati ſumus: & cætera quibus ad narrationē ſomniī uenit docēs illa eſte ſtabiliora & uiridiora p̄mioſ gene- ra: quæ ipſe uideſſet in cælo bonis terūpu. ſeruata rectoribus: ſicut hiſ uerbiſ eius oſtendit. Sed quo ſi Aphricane alacrior ad turandā rempu. ſic habeto: Omniſbus qui patriā conſeruauerint: adiuuerint: auxerint: certum eſte in cælo & diffinitum locū ubi beati ſempiterno & uero fruans: & paulo poſt hunc certum locū qui ſit designat ait: Sed ſic Scipio ut auus hic tuus ut ego qui te genui: iuſticiā cole & pietatē: quæ cū magna in parentib; & ppinquiſ: tū in patria maxima eſt: ea uita uia eſt in cælū & in hūc coetū eoz qui iam uixerit & corpos laxati incolūt locum: quæ uides ſignificans galaxian. Sciendum eſt enim q̄ locus in quo ſibi uideſt eſſe Scipio per quietē: lacteus círculus eſt: qui galaxias uocat. Si quidē hiſ uerbiſ in principio utitur: oſtēdebat autem Carthaginem de excelo & pleno ſtaralū illuſtri & claro quodā loco. Et paulo poſt aptius dicit: Erat aut̄ iſ ſplendidiſſimo candore iter flāmas círculus elucens: quæ nos (ut a Graiis accepitſ) orbem lacteū nūcupatiſ ex quo mihi omnia contemplati p̄æclara & mirabilia uidebanſ. Et de hoc quidem galaxia cū de círculis loquemur pleniū differemus. ſed iam quoniā iter libros quoſ d̄ repu. Cicero: quoſ ſue prius Plato iſcriperat: q̄ differētia q̄ ſimilitudo habeat: exp̄ſſimus. & cur operi ſuo uel Plato ætis iudiciū uel Cicero ſomniū Scipionis aſſicuerit: quidē ſit ab epi- cureis obiectū Platoni: uel quēadmodū debilis calūnia refellatur: & quibus tractatibus philoſophi admisceant: uel a quibus penitus excludat fabulosa retulimus: adiſciemusq; poſt hæc neceſſario genera omniū imaginū quæ falſo quæq; uero uidentur in ſomniis: iſuſq; diſtinxiſ ſpe- cies ſomniōrum: ad quas Aphricani ſomniū cōſtareret reſerfi: & Scipioni cōuenērunt talia ſomnia re: & de gemini ſomniī portis: quæ fuerit a ueteribus expreſſa ſententia ſup his omnibus ipſius ſomniī de quo loquimur: mente ppoſitūq; ſignauimus: & partē cæli euidēter exp̄ſſimus: i qua ſibi Scipio p̄ getem hæc uel uideſſe uifus eſt: uel audisse quæ rettulit. Nūc iam diſcutiēda nobis ſūt ipſius ſomniū uerba nō oia: ſed quæq; uidebunſ digna q̄ ſitu: Ac priā nobis tractāda ſe ingerit pars illa de nūeris: in qua ſic ait: Nam cū aetas tua ſeptenos octies ſolis anfractus rediſſeq; con- uertit: duocq; hi nūeris: quorū uterq; pleniū: alter altera de cauſa habet: circuitu naturali ſūma tibi ſatiale cōſecerint: in te unū atq; tuū nomen ſe tota cōuertet ciuitas. Te ſenatus te omnes bo- ni: te ſocii: te latini intuebunſ: tu eris i quo nitaf ciuitatis ſalus: ac ne multa dictator reſpo. cōſti- tuas oportet: ſi impiaſ ppinquierū manus effugeris plenitudo nūeris affigat: plenitudo enī pprie niſi diuinis rebus ſupniſq; non cōuenit nec enim corpus pprie plenū dixe- ris: qd cū ſui ſit impatiēs effluēdo: alieni appetēs eſt hauriēdo: q̄ ſi metallicis corporibus nō uif- euenuit: nō tamen plena illa ſed uauita dicēda ſūt. Hæc eſt igiſ cōmuniſ nūeris: omniū plenitudo: q̄ cogitationi a nobis ad ſupos meāti occurrit prima p̄ſectio iſcorporalitatis in nūeris. Inter ipſos tamē pprie plenū uocanſ ſecūdū hoſ modos: q̄ p̄æſenti tractatui neceſſari ſūt: q̄ aut uim obtinēt uinculog; aut corpora rurſus efficiunt: aut corpus efficiūt. Sed corpus quod intellegi- do nō ſentiēdo cōcipias: totū hoc ut obscuritatis deſpeſe ſoffenſam paulo altius repetita rerū lu- ce pandendum eſt. Omnia corpora ſuperficie ſiniuntur: & in iſam eorum pars ultima termi- natur. Hi autem termini cum ſint ſempre circa corpora: quorum termini ſunt: incorporei tamen intelliguntur: nam quoq; corpus eſſe dicetur necdum terminus intelligitur: cogitatio-

**Sōmni por- ta**

plenitudo numerorū

Plenitudo  
p̄eſpeſe ſoffenſa  
nūeris




quæ conceperit terminum corpus reliquit. Ergo primus a corporibus ad incorpoream transitus offendit corporum terminos; & hæc est incorpoream prima natura post corpora: sed non pure nec ad integrum carens corpore. Nam licet extra corpus natura eius sit tamen non nisi circa corpus apparet. Cum totum deniq; corpus nominas: etiam superficies hoc vocabulo continetur. de corporibus eam tametsi non restamen intellectus sequestrat. Hæc superficies sicut est corporum terminus: ita lineis terminatur: quas suo nomine grammas græcia nominavit. Puis etiæ lineæ finiuntur: & hæc sunt corpora quæ mathematica uocantur: de quibus solerti industriae geometriæ disputatur. Ergo hæc superficies cum ex alia parte corporis cogitatur: pro forma subiecti corporis accipit numerum linearum. Nam seu trium ut trigonum seu quattuor ut quadratum seu plurimum sit angulorum: totidem lineis se ferunt ad extrema tangentibus planities eius includituri. Hoc loco admonendi sumus: q; omne corpus longitudinis latitudinis & altitudinis dimensionibus constat: ex his tribus in linea ductu una dimensio est longitudine: est enī sine latitudine. Planities uero quæ epiphaniam uocant longo latog distenditur: alto caret: & hæc planities quantis lineis continetur: expressimus: Soliditas autem corporum cōstat cum his duabus additur altitudo: sit enim tribus dimensionibus impletis corpus solidum: quod streon uocant: qualis est tessera: quæ cubus uocatur. Si uero non unius partis sed totius uelis corporis superficiem cogitare: quod proponamus esse quadratum: ut de uno quod: ex plo sufficiet disputemus: iam non quattuor sed octo anguli colliguntur. quod tum animaduertis si per unum quadratum quale prius diximus alterum tale altius impositum mente conspicias ut altitudo qua illi plano deerat: adiiciatur: si atq; tribus dimensionibus impletis corpus solidū qd streon uocant ad imitationem tesserae: quæ cubus uocatur. Ex his appareat octonarium solidū corpus & esse & haberet: siquidem unum apud geometras pūctū locum obtinet. Duo linea duæ faciunt quæ duobus punctis (ut supra diximus) coercetur. Quattuor uero pūcta aduersum se in duobus ordinibus bina per ordinem posita exprimunt quadri speciem a singulis punctis in aduersum punctum electa linea. Hæc quattuor ut diximus duplicata & octo facta duo quadra similia describunt: quæ sibi superposita additæq; altitudine formam cubi quod est solidum corpus efficiunt. Ex his appareat antiquorem esse numerum superficie & lineis: ex quibus illam constare memorauimus formisq; omnibus. A lineis enim ascenditur ad numerum/tanq; ad priorem ut intelligatur ex diuersis numeris linearum quæ formæ geometricæ describantur. Iplam uero superficiem cum lineis suis primam post corpora diximus incorpoream esse naturam: nec tamen sequestrandam propter perpetuam cum corporibus societatem: Ergo quod ab hac surfū recedit: nō pure incorporeū est. Numeros aut̄ hac iugiores p̄cedēs sermō patetecit. Prima est igitur perfectio incorporealis in numeris: & hæc est (ut diximus) numerorum omnium plenitudo: scilicet autem illa (ut supradiximus) plenitudo est eorum quæ ad corpus efficiunt aut efficiuntur aut uin obtinent uinculum: licet alias quoq; causas quibus pleni numeri efficientur: esse non ambigam. Qualiter autem octonarius numerus solidum corpus efficiat ante latus probatum est. Ergo singulariter quoq; plenus iure dicetur propter corporeæ soliditatis effectum sed & ad ipsam cæli armoniam: idest continentiam hunc numerum magis aptum esse non dubium est cum iperæ ipsæ octo sint quæ mouentur: de quibus secutur ussermo procedet: omnes quoq; partes de quibus cōstat hic numerus tales sunt ut ex earum compage plenitudo nascatur. Est enī aut de his quæ neq; generatur neq; generat de monade & lepté: quæ qualia sint suo loco plenius explicabitur aut de duplicato eo qui & generatur & generat idest quattuor. Nam hic nuerus quattuor & nascitur de duobus & octo generat aut componitur de tribus & quinq; quorum alter priraus omnium numerorum impar apparuit: quinarii autem potentiam sequens tractatus attinget. Pythagorici uero huc numerum iusticiam uocaverunt quia primus omnium ita soluit in numeros pariter pares hoc est in bis quaterna ut nihilominus in numeros æque pariter pares diuisiō quoq; ipsa soluitur in bis bina. Eadem quoq; qualitate contextitur id est bis bina bis. Cum ergo & contextio ipsius pari æqualitate procedat: & resolutio æqualiter redeat usq; ad monadēm: quæ diuisionem arithmeticā ratiōe non recipit. merito: propter æqualē diuisionem iusticiæ nomen accepit. & quia ex supradictis omnibus appetit quāta & partiū suarū & seorsum sua plenitidine nitatur iure plenus uocat. Supereft ut septenariū quoq; numerū plenū iure uocitadū ratio in medio constituta p̄suadeat. Ac primū hoc transire sine admiratiōe nō possumus q; duo nuerisq; in se multiplicati uitale spatiū uiri fortis includerēt: ex pari & ipari cōstituerūt. Hoc enī uere pfectū ē: q; ex hogi numero p̄mixtio generat. Nā ipsar nuerus mas & par foemina uocat. Itē arithmeticī ipare patris & parē m̄ris appellatōe uenerant. Hic & Thimeus Platonis fabricatorē mūdanæ aīa: deū p̄tes eius ex pari & ipari. t. duplari & triplari nūero intertexuisse mēorauit: ita ut a duplari usq; ad octo a tri-

plari usq; ad uigintiseptem staret alternatio mutuandi. Hi enim primi cubi utrīq; nascuntur siquidem a paribus bis bini: quæ sunt quatuor superficie faciūt bis bini bis qui sunt octo. corpus solidum singunt. A dispari uero ter terna quæ sunt nouem superficie reddit & ter terna ter id est ter nouena quæ sunt uigintiseptem primum æque cibum alterius partis efficiunt. Vnde intelligi datur hos duos numeros octo & septem: qui ad multiplicationem annorum perfecti in repub. uiri conuenerunt: solos idoneas ad efficiendam mundi animam iudicatos quia nihil post auctorem potest esse perfectius. Hoc quoq; notandum est: q; superius assere tes communem numerorum omnium dignitatem antiquiores eos superficie & lineis eius omnibus: quæ corporibus ostendimus: procedēs autem tractatus inuenit numeros & ante animā mundi suisse: quibus illam contextam augustissima Thimei ratio naturæ ipsius cōscia testis ex pressit. Hinc est q; pronunciare non dubitauerunt sapientes animā esse numerum se mouentē. Nunc uideamus cur septenarius numerus suo seorsum merito plenus habeatur: cuius ut pres sius plenitudo noscatur primum merita partium de quibus constat: tum demum quid ipse pos sit inuestigemus. Constat septenarius numerus uel ex uno & sex uel ex duobus & quinq; uelex tribus & quattuor: singularum compagum mébra tractemus: ex quibus fatebimur nullū aliū numerum tam uaria esse maiestate secundum: ex uno & sex compago prima componitur. Vnum autem quod monas idest unitas dicitur & mas idem & foemina est: par idem atq; impar ipse non numerus sed fons & origo numerorum. Harmonas initium finisq; omnium: neq; ipa principii aut finis sciens ad summum referunt deum: eiusq; intellectum a sequentium numero rerum & potestatum sequestrat: nec in inferiore post deum gradu frustra eam desideraueris. Hæc illa est mens & summo enata deo quæ uices temporum nesciens in uno semper quod adest consistit æuo: cung; utpote una non sit numerabilis: innumeras tamen generum species & de se creat & intra se continet. Inde quoq; aciem paululum cogitationis inclinans: hanc monadē reperies ad animam referri. Animæ enim aliena a filiis tristis contagione materiæ tantum se auctori suo ac sibi debens simplicem sortita naturam: cum se animandæ immensitatē uniuersitatis infundat: nullum init tamen cum sua unitate diuortium. Vides ut hæc monas orta primæ rerum causa adusq; animam ubiq; integræ & semper individua continuationem potestatis obtineat. Hæc de monade castigatius q; se copia suggerebat: nec te remordeat q; cum omni numero præesse videatur: in coniunctione præcipue septenarii prædictetur. Nulli enim aptius iungitur monas incorrupta q; uirgini. Huic autem numero idest septenario adeo opinio uirginiratis inoleuit ut Pallas quoq; uociteretur. Nam uirgo creditur quia nullum ex se parit numerum duplicitus: qui intra denarium coartetur quem primum limitem constat esse numerorum. Pallas ideo: quia ex solius monadis foetu & multiplicatione processit: sicut Minervia solo ex uno parente nata perhibetur. Senarius uero qui cum uno coniunctus septenarium facit: uaria ac multiplicis religiōnis & potentiae est Primum q; solum ex omnibus numeris qui infra decem sunt de suis partibus cōstat: habet enim medietatem & tertiam partem & sextam partem: & est medietas tria tertia pars duo: sexta pars unum: quæ omnia simul sex faciunt. habet & alia suæ uene rationis iudicia: sed ne longior faciat sermo fastidium: unum ex omnibus eius officium persequuntur: quod ideo præstulimus quia hoc commemorato non senarii tantum sed & septenarii pariter dignitatis astrictur. Humano partui frequentiorem usum nouem mensum certo numerorum modulamine natura constituit: sed ratio sub asciti senarii numeri multiplicatiōnem procedens etiam septem menses compulit usurpari. Quambreuter absoluteq; duos esse primos omnium numerorum cubos idest a pari octo ab impari uigintiseptem. & esse imparē marem: parem foeminae superius expressimus. Horum uterq; si per senarium numerum multiplicetur: efficiunt dierum numerum: qui septem mensibus explicantur. Coeant enim numeri mas ille qui memoratur & foemina octo scilicet & uigintiseptem: pariunt ex se quinq; & tringinta. Hæc sexies multiplicata creant decem & ducentos: qui numerus dierum mensem septimum claudit. Ita est ergo natura foecundus hic numerus: ut primam humani partus perfetiōne quasi arbiter qdā maturitatis absoluat. Discretio uero partus futuri (sicut Hipocrates refert) sic in utero dognoscitur: aut enim septuagesimo aut nonagesimo die conceptus mouetur: dies ergo motus quicunq; fuerit de duobus ter multiplicatus aut septimum aut nonum explicat mensem. Hæc de prima septenarii copulatione libata sint: Secunda de duobus & quinq; est ex his Dyas quia post monadē prima est: primus est numerus. Hæc ab illa oipotētia solitaria incorporeis intelligibilis linea p̄ia defluxit. Ideo & ad uagas stellage & luminū speras referit q; hæc quoq; ab illa quæ aplæs dicit̄ i numerū scissæ & i uarii motus cōtrarietate rectorat sūt. Hic ergo nuerus cū qnario aptissime iūgit: dū hic ad erratēs ut diximus: ad cæli zonas ille refertur: Sed ille rōne scissionis: hic nūero. illa uero qnario nūero pprietas excepta potentiae ultra



Et ipse Calchas narrat omen quod græcis nauigantibus de serpente passerū populatore contingit. Ex quo denunciatum est exercitum annos decem in hostico futurū. Alio loco senex idem ut referendis fabulis amica & loquax: tas res refert uetus.

& sequentia. Virgilius omne hoc genus pulchritime æmulatus est. nō memini hesionæ uisitem regna sororis Laomedontiadē priamum. Et atq; equidē memini tēcrū sidona uenire. Et Qualis eram cū primā aciem prenestē sub ipsa Straui. Et de futuro uel poena Caci tota narratio nec uetusissima tacuit: quin & ipsa notitia nostræ auctoſis sui imitator ingereret. Nāq; ferunt luctu cygnū phœtonis amat: & similia. Vbi uero enumerans auxilia: quæ græci catalogū uocant: eundem auctorē suū conatus imitari: in nōnullis paululū a grauitate homerica deuiauit. Primū q; Homerus prætermisſis athenis ac lacedæmoniis uel iſpis micæniis: unde erat rector exercitus: boetiā in catalogi sui capite locauit: nō ob loci aliquā dignitatē: sed notissimū pmoniorum ad exordiū sibi enumerationis elegit. Vnde pgrendens modo mediterraneam maritima iuncta describit. Inde rursus ad utrūq; sitū cohærentiū locoꝝ disciplina desribentis uelut iter agentis accedit. Nec ullo saltu cohærentiā regionum in libro suo hiare pmittit: sed hoc biāndi more pcedens redit unde digressus est: & ita finitur quicqd enumeratio eius amplectitur. Contra Virgilius nullū in cōmemorandis regionibus ordinē seruat: sed locoꝝ seriē saltibus lacerat. Adducit primū clusio & colis Massicū. Abas hunc sequit: manu populoniæ iluæq; comitatus. Post hōs Aſilā miseræ pſa. Quæ in q; longinqua sint heturiæ parte notius est: q; ut annotadū sit. Inde mox redit cærete & pyrgos & grauiscas loca urbi p̄xima: quibus ducē Asturem dedit. Hinc rapit illū Cygnus liguriā Ocnus mantuā. Sed ne i catalogo auxiliog; Turni: si uelis sitū locorum mente pcurrere: inuenies illum continentia regionū securū. Deinde Homerus omnes quos in catalogo enumerat: etiā pugnantes uel prospera uel sinistra sorte cōmemorat. Et cum uult dicere occisos quos catalogo nō inseruit: non hominis sed multitudinis nomē inducit. Et quotiens multā necē significare uult: messem hominū factā dicit: nulli certū nomē facile extra catalogum uel addens in acie uel detrahens. Sed Maro noster anxietatem huius obseruationis omisit. Nam & in catalogo nominatos præterit in bello: & alios nominat ante non dictos. Sub Massico duce mille manus iuuenum uenisse dixit: qui mænia clusi quicq; cōſas liquere. Deinde Turnus nauī fugit: q; rex clusinis aduectus osinius oris: quē Osiniū nunquā ante noiauit. Et nūc ineptū est: regē sub Massico militare. Prætereā nec Massicus nec Osinius in bello penitus apparent: sed & illi quos dicit: fortēq; gyā fortēq; sergestum. Pulcher quoq; Equiculus & mauortius hæmon & fortissimus. Vmbro & Virbius hippolyti ples pulcherrima bello nullū locū inter pugnantiū agmina uel glorioſa uel turpi cōmemoratōe meruerūt. Astur: itēq; Cupaudo: & Cygnus insignis Cygni Phætonisq; fabulis nullā pugnæ operā p̄stant: cū Aleſus & Sacrator ignotissimi pugnēt: & Atinas ante nō dictus. Deinde in his quos noiat: itū sæpe apud ipsum incauta cōſusio. In noho Corinæū sternit Aſilas. Deinde i duodecim. Ebusum Corinæū iterficit Obuius ambustum torrentē corinæū ab ara Corripit: ut uenienti ebuso plagamq; ferēti Occupat os. Sic & Numam quē Nifus occidit: postea Aeneas persequitur fortēq; Numam. Camertē in decem. Aeneas sternit. At in. xi: uturna formā assimulata camerti. Clorea in undecim occidit Camilla: i duodecim. Turnus. Plinurus lasides & lapix lasides. Quārō an fratres sint. Hyrracides est Hippocon: & rursus Hyrracides Corinæū sternit Aſilas. Sed potuerūt duo unū nomē habuisse. Vbi est illa in his casibus Homerū cautio: apud quē cū duo Aiaces sint modo dicit λοκρῶν Δι γενονε  
διλῆστ τοχύς δια modo ελασόνιστας. Item alibi

Nec definit: quos iungit nomine insignibus separare: ne cogatur lector suspitiones de uarietate appellationis agitare. Deinde in catalogo suo curauit Virgilius uitare fastidiū: qnod Homerus alia rōne nō cauit eadē figura sæpe repertis. Hic autē uariat: uelut dedecus aut crimen uitās repetitionē. Primus init bellū tyrrhenis asper ab oris: filius huic iuxta laus. Post hos insignē fama per gramina currū: Tum gemini fratres: nec prenestine fundator. At Mefappus equū domitor. Ecce labinorū p̄isko de sanguine. Hic agaménonios. Et te montose. Quin & marubia uenit de gente sacerdos. Ibat & hyppolyti proles. Has copias fortasse putat aliquis diuinæ illi simplicitati p̄ſerendas. Sed nescio quomodo Homerū repetitio illa unice deceat. Et est genio antiqui poetæ digna enumerationisq; cōueniēs. q; in loco mera nomina relaturus nō incuruauit se neq; minute torſit: deducēdo stilū p singulog; uarietates: sed stat in consuetudine percentantium tanq; per acē dispositos enumerans. Quod nō aliis q; numeroꝝ fit uocabulū. Et tamen egregie ubi oportet de nominibus ducum uariat.



[[]am uero enumerationis congestionem apud Homerum Maro admiratus ita exprimit: ut gene  
euro dixerim elegantius transtulisse.

Et similia. Ad quod exemplum illa uirgiliana sunt.  
Agmina densentur campis: argiuasq; pubes  
Aruncasq; manus rutuli ueteresq; sicani  
Et lacranae acies & pediti scuta labici.  
Qui saltus thyberine tuos sacrūq; numjci  
Litus arat: rutulosq; exercent uomere colles  
Circēumq; iugum: quis iuppiter anxuris aruis  
Præsidet: & cætera. Vt ergo in catalogo suo post difficilium rerū uel nominum narrationem in-  
fert fabulam ueribus amoenioribus: ut lectoris animus recreetur. Homerus inter enumerādā  
regionem & urbium nomina facit locū fabulis, quæ horrorem facietatis excludant.

Et reliqua:quisbus protractis focunditatem. Virgilius in hoc secutus auctore in priore catalogo modo de auentino modo de Hippolyto fabulatur. In secundo cygnus ei fabula est:& sic amoenitas intertexta fastidio narrationum medetur. In omnibus uero georgicorum libris hoc idem summa cum eleganter fecit. Nam post precepta quae natura res dura est: ut legentis animu uel auditum nouaret: singulos libros uel acciti extrinsecus argumenti interpositione conclusit: primum de signis tempestatum: de laudatione rusticae uitae secundum: & tertius definit in pestilentia pecorum: quarti finis est de Orpheo & Aristeo non ociosa narratio. Ita in omni opere Maronis heroicā lucet imitatio. Homerus omnē poesim suam ita lententiis farcit: ut singula eius ἐπόφευμα et quae proverbiorum in omnium ore fungantur.

**Sententiae  
Virgilii**

**Et alia innumerabilia quæ sententialiter proferuntur.** Nec hæc apud Virgilium frustra desideraueris. Non oia possumus oés. Oia uicit amor. Labor iprobus oia uincit. Vsq; adeo ne mori miserū est: Stat sua cuiq; dies. Dolus an uirtus qs in hoste reqret: Et qd quæq; ferat regio: & qd quæq; recusat. Auri sacra famæ. Et ne obtudā nota referendo: mille finiarū talium aut in ore sūt lingulorum: aut obvia intentioni legentis occurruunt. In nōnullis ab homerica secta Haud scio casu ne an sponte discis fortunam: Homerus nescire maluit: & soli decreto quā uocat oia regenda cōmittit: adeo ut hoc uocabulū **TŪXH** in nulla parte homerici uoluminis no minetur.

Contra Virgilius non solū nouit & meminit: sed omnipotentia quoque eidē tribuit: quā & philosophi qui eam nominat: nihil sua ut posse sed decreti: siue prouidentiaz ministrā esse voluerunt: Et in fabulis seu in historiis nonnūq̄ idem facit. Aegeo apud Homerū auxilio est loui. Hunc contra louē armant uersus Maronis. Eumedes. Dolonis proles bello præclarā animo manibusq; parentem res fert: cum apud Homerū dolo imbellis sit. Nullam cōmemoratiōne iudicatio Paridis Homerus adimitit. Idem uates Ganymedem nō ut lunonis pellicem a loue rapū: sed loui aliū peculorum ministrū in cælum a diis ascitum fert: uelut decorū. Virgilius tantā deam qd̄ cuius de honestis foeminæ deformē est: uelut specie uictā Paride iudicatē doluisse: & pppter caramiti pellicatum totam gentē eius uexasse cōmemorat. Interdū sic auctorem suū dissimilatē imitatur: ut loci inde delcripti solā dispositionē mūtet: & faciat uelut aliud uiderti. Homerus ingenti spiritu ex perturbatōe terræ ipm Dite patrē territū pilare & exclamare quodāmodo facit.

Hoc maro nō narrationis; sed parabolæ loco posuit; ut aliud esse uideretur. Non secus ac si qua penitus ui terra dehincens Infernas reseret sedes & regna recludat. Pallida diuis inuisa, supque immane barathrū Cernatur; trepidētq; immisso lumine manes. Hoc quoq; simulando surripuit. Nā cum ille dixisset deos sine labore uiuere, sc̄i p̄cī j̄ontes Hoc idē dixit occultissime; Dii iouis in teatis itam miserant inanē Amborū; & tantos mortali bus esse labores, quibus ipsi scilicet carent. Quid Virgilio cōtulerit Homerus; hinc maxime liquet; q; ubi regē necessitas exegit a Mārone dispositionē inchoandi bellū; quā nō habuit Homerus; quippe qui Achillis irā exordiū sibi fecerit; que decimo demum bellū anno contigerit; laborauit ad ter nouā partū; ceruum fortuito faucium fecit causam tumultus. Sed ubi uidit hoc leue nimisq; puerile; dolorē auxit agrestiū; ut impetus eōg; sufficeret ad bellū. Sed nec seruos Latini & maximē stabulo regio curantes atq; ideo quid soederis cum trojanis Latinus icerit; ex muneribus equoq; & currus iugalis nō ignorantes; bellū generis domini oportebat tamen ferre. Quid igitur deoꝝ maxima deducit & eālō & maxima furiarum de tartaris asſcilicitur. Spargunt angues uelut in fœna parturiētes furorē. Regina nō solū de penetralibus reverentiae matronalis educit; sed & p urbem medianam cogit facere discursus. Nec hoc cōtentā siluas petit accitis reliqis matribus in societatē furoris Bacchatur chorus quandā pudicus & orgia inlana celebrant. Quid plura? maluissim Maronē & i hac parte apud auctōrē suū uel apud quēlibet grācoꝝ alium quod sequeretur habuisse. Alium nō frustra dixi; quia non de unius racemis uindemiā sibi fecit; sed bene in rem suā uerit̄ quicquid ubiq; inuenit imitādum; adeo ut de argonautorum quarto quorum scriptor est. Apollonius librum æneidos suāe quarrum totum pene formauerit; ad Didonē uel Aeneam amatoriā continentia Medeæ circa laſonē transferendo; quod ita elegantius auctōre digessit; ut fabula lasciuitis Didōis; quā falsam nouit uniuersitas; p̄ tot tamen sēcula specie ueritatis obtineat. & ita pro uero per ora oīum uoliter; ut pictores fictoresq; qui figmentis licioꝝ contextas imitantur effigies; hac materia uel maxime in efficiendis simulacris tanq; unico argumēto decoris utū tur; nec minus histriōnū perpetuis & gestibus & cantibus celebratur. Tantū ualuit pulchritudo narrandi; ut omnes phoenissæ castitatis consciū; nec ignari manū sibi inieciisse regināt ne patetetur damnū pudoris; cōnueant tamen fabulæ; & intra cōscientiā ueri fidē frementes malint pro uero celebrari; quod pectoribus humanis dulcedo singentis infudit. Videamus utrū attingerit & pindarum; quē flaccus imitationi inaccessum satetur. Et minuta quidē atq; rotantia q; inde subtraxit. relinquō. Vnū uero locū; quē tentauit ex integrō pene transcribere; uolo cōmunicare uobiscū; quia dignus est; ut eum uelimus altius intueri. Cum pindari carmen quod de natura atq; flagrantia montis ætnæ cōpositū est; æmulari uellet; eiusmodi sententias & uerba molitus est; ut Pindaro quoq; ipso qui nimis opima & pingui facundia existimat̄ est; insolentior hoc quidem in loco tumidiōr̄ sit. Atq; ut uos metip̄los eius quod dico arbitros faciā; carmen Pindari quod est sup monte ætna quantulū mihi est memorię dicam.

**Quartus  
Aeneidos  
sumptus a  
pollonio an  
gonautico  
rū scriptor  
Sūma laus.  
iii.lib.**

De monte  
Aetna iux-  
ta imitatio-  
nem Pin  
dari





Falx ahenæ in sacris libet enim quarto Virgilius Elißam facit postq; ab Aenea relinquitur, uelut ad sacrificiorum sagarumq; carmina & deuotiones fugientem: & inter cetera ait sedandi amoris gratia herbas q; tasi: quæ æneis falcibus fecarentur. Hæc res nonne quæstione digna est? Vnde Virgilio Aeneas falces in mentem uenerint? Ponam itaq; uirgilianos uersus mox & inde Sophoclis: quos Maro æmulatus est:

Falcibus & messe ad lunam quæruntur ahenis

Pubentes herbae nigri cum lacte ueneni,

Sophoclis autem tragœdia id de quo quærerimus etiā titulo præfert. Inscrifit ut enī rizotomos in qua Med. xam delcribit maleficas herbas fecantē: sed auersam: ne ui noxi odoris ipsa interficeretur: & succum quidem herbarum in eados æneos retundentē. Ipsi autem herbas æneis falcibus execantem. Sophoclis uerius hi sunt:

Hæc sophocles. Quo auctore sine dubio Virgilius p̄tulit æneas falces Omnino au tem ad rem diuinam pleraq; ænea adhiberi solita multa indicio sunt & in his maxime sacris quibus delini re aliquos aut deuouere aut deniq; exigere morbos uolebant. Taceo illud palutinum cum ait: Mecum habet pagus morbus æs & q; alibi Virgilius: Curerū sonitus crepitatiq; æra. Sed Carminum curiolissimi & docti uerba ponāq; in libro de italia secundo sic ait: Prius itaq; & thuscos æneo uomere uti cum conderentur urbes solitos: in traiecticis eorum sacris inuenio: & in fabi nis ex ære cultros: in quibus sacerdotes tonderetur. Post hæc Carmini uerba longum fiat: si ue lim p̄cenſere q; multis in locis græcorum uetustissimi æris sonos tanq; rem ualidissimā adhibere soliti sunt. Sed præſenti operi docuisse nos sufficit: falces æneas Maronis exemplo græci auctoris induitas:

In libro nono Virgilius posuit hos uersus.

Stabat in egregiis arcens filius armis

Pictus acu chlamydem & ferrugine clarus hibera

In signis facie: genitor quem miserat arcens

Eductum matris loco symetia circum

Flumina: pinguis ubi & placabilis arca palici.

Quis hic Palicus deus uel potius qui dñi Palici(nam duo sunt) apud nullum penitus auctore lati num qd̄ sc̄ia repperi: sed de græcorum penitissimis litteris hanc historiā eruit Maro Nam pri mū ut symetus fluuius cuius his uersibus meminit: in sicilia est: ita & dñi Palici i sicilia colunt: quos primū oīum Aeschylus tragicus uir utiq; siculus in litteras dedit. Interpretationem quoq; nominis eorum: quam græci σίτυμολογια uocant: expressit uersibus suis. Sed priusq; uerius Aeschylus ponā paucis explanāda est historia Palicorum. In sicilia symetus fluuius est. luxta hunc nympha Thalia compresu lous grauida metu lunonis optauit: ut libi terra dehisceret. factum eit. Sed ubi uenit tempus maturitatis infantum: quos alio illa gestauerat: reclusa terra ē: & duo infantes de alio Thalæ progressi emeruerunt appellatiq; sunt Palici πάλιοι τωδελικεστε: quoniā prius i terrā merli: denuo inde regressi sunt. Nec longe inde lacus breues sunt: sed imēsū profundi aquarum scaturigine semper ebullientes: quos incolæ crateras uocant: & noīe dellos appellant: fratresq; eos Palicorum extimāt: & habentur i cultu maximo: præcipueq; circa exigē dum iuxta eos iulurandum præsens & efficax numen ostendit. Nam cū furti negati uel eiusmodi rei fides quæritur: & iulurandū a suscepito petitur: ut ergo ab omni contagione mundi ad crateras accedunt: accepto prius fidei stōre a plena quæ iuratura est de soluendo eo quod perteretur: si addixisset euentus, ille inuocato loci nomine testarū faciebat esse iurator: de quo iuraret. Quod si fideliter facheret: descendebat illæsus. Si uero subfet iuriuando mala conscientia: mox in lacu amitterebat uitam falsus iurator. Hæc res ita religione in fratrū cōmendabat: ut cra teres quidem implicabiles uocarentur. Nec sine diuinatione est Palicorum templum. Nam cum si ciliam sterili annus arefecisset: diuino Palicorum responso admoniti sicuti Heroi cuidam certum sacrificium celebrauerunt & reuerit ubertas. Qua gratia sicuti omne genus frugum cōgef ferunt in aram Palicorum. Ex qua ubertate ara ipsa pinguis uocata est. Hæc est omnis historia: quæ de Palicis eorūq; fratribus in græcis tantūmodo litteris inuenitur: quas Maro non minus q; latinas hausit. Sed hæc quæ diximus auctortatibus approbanda sunt. Aeschylus tragœdia est: quæ inscrifit utna. In hac cum de Palicis loqueretur: sic ait.

Hæc Aeschylus

Calias autem in septima historia de rebus ita scribit:

Vomere æneis i signis dis mœni bus urbis

Palici dñi

Hactenus Calias. Polemon uero sic ait: in libro qui inscrifit:

Hæc Polemon. Sed & Anaxagoras in tertia historia sua de loci diuinitate ita scribit:

Absoluta est extimo & auctori bus idoneis asserta explanatio uirgiliani loci quæ litteratores nostri nec obscurum putat: contenti uel ipsi scire uel insinuare discipulis Palicū dei esse cuiusdam nomē. Quis sit autem deus iste uel unde sit dictus: tā ne sciunt q; scire nolunt: quia nec ubi q; rā suspicant: q; si græcae lectōis ex pres: Nec illos uerius reliquem itactos q; sūt i p̄tio γεογράφων Humida solstitia atq; hyemes orate serenas Agricola, hyberno lāetissima puluere farra. Lætus ager nullo tantum se misia cultu lactat: & ipsa suas mirantur gargara messes.

Sensus hic cum uideatur obscurior: pauloq; perplexus q; poetæ huius mos est pñuciatus: tamē habet in se animaduertendā quæstionē ex græca antiquitate uenientē. Quæ sint ista gargara q; Virgilius esse uoluit fertilitatis exemplar. Gargara hæc igitur sunt in misia: quæ est helleponsi prouincia. Sed significatio nominis & loci duplex est. Nam & cacumē montis idæ: & oppidum sub eodem monte hoc nomine uocantur. Homerus significationem cacuminis ita posuit γόργον ἀκρόπον Hic gargarum pro excellissimo montis loco accipi conuenire & ipse sensus indicum facit nam de ioue loquitur. Sed & alibi eodem Homero teste manifestius exprimitur. Et Epicharmus uetustissimus poeta in fabula quæ inscrifit troes: ita posuit:

Ex his liquido claret gargara cacumen idæ montis appellari. Pro oppido aut̄ gargara qui dixerint: enumerabo. Ephorus notissimus historiarū scriptor in libro quinto sic ait: Nec Ephorus solus: sed etiā Phileas uetus scriptor in eo libro qui inscrifit asia: sic meminit.

Arati etiam liber elegion fertur in quo de Diotino quodam poeta sic ait.

Ex his uersibus etiam ciuiū nomen innotuit: quia gargaræ uocatur. Cum igitur constet garga ra nunc pro montis cacumine: nūc pro oppido sub eodem modo te posito accipieda. Virgilius nō de sunmo mōte: sed de oppido loquitur. Cur tamē gargaræ posuerit: ut locū frugū seracem requiramus & omnem quidem illam misia optimis segetibus habitam satis constat: scilicet ob humorē soli. Vnde Virgilius in supradictis uersibus cum dixisset. Humida solstitia: intulit: nul lo tantū se misia cultu iactat: atq; diceret Omnis regio quæ opportunos habuit humores & qui parabit foecunditates aruorum misiae. Sed Homerus cum ait:

Humidum designat subiacente monti agrum. Nam polypida ea significat fontibus abundantē.

Vnde hæc gargaræ tanta frugum copia erat: ut qui magnum cuiusq; rei numerū uellet exprime re: pro multitudine immensa gargaræ nominaret: Testis Alceus: qui in celo tragœdia sic ait:

Gargaræ ut uidetis manifeſte posuit pro multitudine. Nec alter aristōenes

Aristophanes autem comicus composito nomine ex arena & gargaris innumerabilem: ut eius le pos est: numerum conatur exprimere: In fabula enim Acharneus in ait

autem seorsum pro multis Varro saepe in menipeis suis posuit. Sed aristophanes adiecit gargaræ ad significationem numerositatis innumere. Est ergo secundum hæc sensus horum numero sitas inumeræ: temperies: ut hyems serena sit: solstitiū uero imbricū: fructus optime proueniūt: Hæc autem adeo agris necessaria sunt: ut sine is nec illi natura secundissimi misiae agri responsu

Gargara oppidum

hyems sere na



ri sint opinioni fertilitatis; quae de his habet. Addit misiae nominatum gargaras; q; ea urbs posita in imis radicibus idem montis defluentibus inde humoribus irrigetur; possitq; uideri solstitiales iambres non magnopere desiderare. Hoc in loco ad fidem sensui facienda; q; uliginosa sit non sola gargaras provincia montis sed & uniuersae misiae arua; adhiberi potest Eschylus.

**Quid de græcis in hoc loco traxerit diximus.** Addemus præterea homini cū iocunditatis gratia; & ut liqueat Virgilium nostrum undiq; ueteri sibi ornameta traxisse; unde hoc dixerit: hyberno lætissima puluere farra. In libro enī uetusissimorum carminū q; ante omnia quæ a latinis scripta sunt, compositus ferebatur: inuenitur hoc rusticū uetus canticum: Hyberno puluere: uerno luto grandia terra Camille mentes. Noīa poculoge Virgilius plerūq; græca ponit: ut carchesia ut cymbia ut cantaros scyphos. De carchesia ita: Cape meonii carchesia bacchi oceano libemus ait. Et alibi. Hic duo rite mero libans carchesia baccho.

De cantaro: Et grauis attrita pendebat cantarus ansa.

De scyphis: Et lacer ipse dextram scyphus. Et aut cuius figuræ sint: quisue eoz lecerit mentionem: nemo querit cotenti lecere cuiuscemodi esse pocula. Et scyphos quidem cataro; cōsueta uulgi nomina ferendū si transeant. Sed de carchesia cymbis; quæ apud latinos haud scio an nūq; repperias apud græcos autem sunt rarissima: non video cur cogantur inquirere: quid sibi noua & peregrina græca nomina uelint. Est aut carchesia poculum græcis tammodo notū. Meminit eius Pherecides in libris historiarū aitq; louē Alcumena p̄cium concubitus carchesia aureum dono dedisse. Sed plautus insuetum nomē reliquit aitq; in fabula amphitryone paterā datam, cū longe utriusq; poculi figura diuersa sit. Paterā enim ut & ipsum nomē indicio est: plau nū ac patens eit. Carchesia uero p̄cerū: & circa mediā p̄te cōpressum anfatuū medio critter anfis a tūmo ad insimū ptingētibus. Asclepiades at uir iter græcos apprime doctus ac diligēs carchesia a nauali re existimat dicta. Ait enī naualis ueli ptem inferiorē paternā uocari, at circa mediā ferme partem dicit: summa uero parte carchesia nominari: & indi diffundi in utruq; ueli latus; cag; cornua uocans. Nec solus Asclepiades meminit huius poculi: sed & alii illustres poetæ: ut Sappho quæ ait.

De uariis  
poculorū  
nominibus

carchesia  
Patera car-  
chesia for-  
ma

cymbia

Sophocles in fabula quæ inscribitur:

Hec de carchesia ignoratis latinitati & sola græcia celebratis. Sed nec cymbia in nostro sermo ne repies. Est. n. a græco; paucis relatū. Phelimon notissimus comicus in fantasmate ait.

Anaxandrides etiam comicus in fabula a græcis:

Meminit eius & Demosthenes in oratione q; est in Middiā. Cymbia aut hæc ut ipsius noīs figura in dicat: diminutive a cymba dicta qd; & apud græcos & apud nos ab illis trahentes nauigii genus ē. Ac sane aiaaduerti ego apud græcos multa poculoge genera a re nauali cognominata: ut carchesia lupra docui: ut hæc cymbia pocula p̄cera ac nauibus similia. Meminit huius poculi Erasthenes uir longo doctissimus in epistola ad Agetorē lacedæmoniū his uerbis;

Fuerunt: qui cymbium a cissimbo p̄lincopā dictū existimauerūt. Cissimbi autē (ut de Homero taceā; q; hoc poculū Cyclopā ab Vlyxe datu memorat) multi faciunt mentionē: uoluūq; nonnulli p̄prie cissimbiū ligneum esse poculum ex hedera: id est kiosou. Et Nicander quidam colophonius in primo hiliacon sic ait

Sed & Callimachus meminit huius poculi:

Qui aut cissimbiū ex hedera factum poculum ὁιούεκ κιώσου non dici arbitram: Euripidis auctoritate niti uidentur: qui in Andromacha sit ait.

cantarū

Scyphus

Hæc de cymbo. Sequitur ut quando cantage & poculi & nauigii genus esse supradiximus p̄bē exemplis. Et pro poculo quidē notares est: uel ex ipso Virgilio qui aptissime propriū Liberi patris poculum assignat Sileno. Sed id ut supra polliciti sumus etiā pro nauigio ponit. solitum debemus ostendere. Menander in nauclero.

Et sacer impleuit dextram scyphus: scyphus Herculis poculum est: ita ut Liberi patris cantarus:

Herculem uero si cōtates ueteres non sine causa cum poculo fecerunt: & nonnūq; cassabundum & ebris: non solum q; his heros bibax fuisse perhibetur: sed etiā q; antiqua historia est: Hercule poculo tāq; nauigio uentis imēla maria trāsisse. Sed de utraq; re pauca ex græcis antiqtatibus dicam. Et multibibū heroa istū fuisse: ut taceā quæ vulgo nota sunt: illud non obscurū argumentum est: quod Ephippus in Busiride inducit Herculem sic loquente

Hercules  
multibibū

Calix

Et etiam historia non adeo notissima nationē quādā hominum fuisse prope heraclem ab Hercule constitutā ciliciorū composto nomine ΚΥΛΙΚΟΣ. Quod poculi genus nos una littera immutata calicē dicimus. Poculo aut. Hercule ductum ad ΕΥΝΤΗΡΑ. i. hispaniæ insulā na uigasse: & pinialis egregius scriptor græco; dicit: & Pherecides auctor est: quoq; uerba subdere iupedi: quia propria sunt fabulæ q; historiæ. Ego tamē arbitror non poculo Herculem maria transiectum: sed nauigio cui scypho nomen fuit ita ut supra cantage & carchesium & a cymbiis deriuata cymba omnia hæc asseruimus nauigiorū uocabula. Nomina quoq; Virgilius nō nunq; ex antiquissimis græco; historiis mutuatur. Scitis apud illum unā ex comitibus Diana Opin uocari. Quod nomen vulgo fortasse temere impositum uel etiam fictū putatur ab ignorantibus insidiolum poetam cognomen quod a ueteribus græcis scriptoribus ipsi Diana fuit impositum comiti eius assignare uoluisse. Sed uirgilius sic ait:

Velocem interea superis in sedibus opin

Vnam ex uirginibus sociis sacraq; caterua

Compellabat: & has tristis latonia uoces Ore dabat: Et infra

At triuiae custos iam dudum in montibus opis.

Opin inquit comitem & sociam Diana. Sed audite unde uirgilius hoc nomen accepit: qui ut dixi quod epitheton ipsiusce legerat: sociæ eius imposuit Alexander ætholus poeta egregius in libro qui inscribitur musæ refert quāto studio populus ephesius dedicatu templo Diana cura uerit premissis propositis: ut qui tunc erant poetæ ingeniosissimi: in deā carmina diuersa compo nerent. In his ueribus Opis non comes Diana: sed Diana ipsa uocata est. Loquitur autem ut dixi de populo ephesio:

Apparuit(ni fallor) Opin Dianam dictā: & uirgiliū de nimia doctrina hoc nomē in eius comitē trāsluisse Excessere oēs adytis arisq; relictis dū. Hoc unde Virg. dixerit: nullus inquit: sed cōstar illū de Euripide traxisse: q; i fabula troadib; iducit Apollinē: cū troiā ca piēda eēt ista dicentem.

Qui rursus docēt unde Virgilius usurpauerit discessisse deos a ciuitate iam capta: Nec hoc sine auctoritate græcae uetus statis est: qd; ait: ipsa iouis rapidū iaculata e nubibus ignē. Euripides enī inducit Mineruā uentos cōtra græco; classem a Neptuno petentē: dicentēq; de bere illū facere qd; Iuppiter fecerit: a quo i græcos fulmen accepit. Apud uirgiliū Pannio eo lanæ munere lunā illexisse perhibetur in nemora alta uocans. Munere sic niueo lanæ si credere dignū est: & reliqua. In hoc loco ualerius Probus uir perfectissimus notat nescire se hæc historiā siue fabulā: quo referat auctore. Quod tantū uige fugisse miror. Nam Nicāder huius est auctor historiæ poeta: quem Didymus grammatico; oīum quicq; sint: quiq; fuerint instructissimus fabulosum uocat. Quod sciēt Virgilius adiecit: si credere dignū: adeo se fabuloso usum auctore fateb. In tertio libro cursim legis: necq; unde trāslatū sit queris: Quæ phœbo pater omnipotē: mihi phœbus apollo Prædixit & cætera: In talibus locis grammatici excusantes imperitiam suā inuentōes has igenio magis q; doctrinæ Maronis assignat nec dicant eū ab aliis mutuatū: ne nominare auctores cogantur. Sed affirmo doctissimum uatem etiam in hoc Aeschylum eminētissimū tragœdiarum scriptorē secutum qui in fabula quæ latina lingua sacerdotis inscribitur: sic ait: Ecquid clarum factum? inde sumplisse Virgiliū: q; Apollo ea uaticine; quæ sibi Iuppiter fatur. Probatū ne uobis est Virgiliū ut ab eo intelligi non potest: qui sonum latinæ uocis ignorat: ita nec ab eo posse qui græcam nō hauserit extrema latitatem doctrinā. Nam si fastidiū facere non timerem: ingentia poteram uolumina de his quæ apenitissima græcorum doctrina transtulisset: implere. Sed ad fidem rei propositæ relata sufficient.

Virgi. non  
recte itelli-  
gi sine eru-  
ditio græ-  
ca



De his quæ latinis Maro transtulit.

Cap.

IC PRETEXTATVS MIRVM INQ. VIT IN MODVM  
digessit Eustachius quæ de græca antiquitate carmini suo Virgilii  
ius inseruit. Sed meminimus uiros inter omnes nostra ætate lōge  
doctissimos Furium Cecinnaq; Albinū promisiſſe se prodituros:  
quid idē Maro de antiquis scriptoribus traxerit Quod nunc ut fiat  
tempus admonet. Cūq; omnibus idē placaret: tū furius albinus:  
Et si uere orne dum oītēdere cupio quātū Virgilius noster ex an-  
tiquorum lectorē profecerit: & quos ex omnibus flores uel quæ in  
carminis sui decorē ex diuersis ornamenta leuauerit: occasionem  
repræhendēdi uel imperitis uel malignis ministrē exprobāib⁹  
tanto uiro alieni usurpationē. nec consideratibus hūc esse fructū

legendi. æmulari ea quæ in aliis probes: & quæ maxime inter aliog; dicta mireris. i aliquē uīum  
tuum opportuna deriuacione: conuertere quod & nostri tam inter le quā a græcis & græcorum  
excellentes inter se saepe fecerunt. Et ut de alienigenis raseam: possem pluribus edocere quantū  
se mutuo compilari int bibliothecæ ueteris auctores. Quod tamen opportune alias (li uolētibus  
erit) probabo Vnum nunc exemplum proferam: quod ad probanda quæ afferro pene sufficiet.  
Affranus enim togatarum scriptor in ea togata quæ compitalia inscribitur: non inuercunde  
respondens arguentibusq; plura sumpliſſet a Menandro. Fateor inquit sumpliſſ non ab illo mo-  
do sed ut quisquis habuit quod conueniret mihi: quodq; me non posse melius facere credidi  
etiam a latino. Quod si hæc societas & rerum cōmūnio poetis scriptoribusq; omnibus inter se  
exercenda concessa est: quis fraudi Virgilio uortat: si ad excolendum se quædam ab antiquiori-  
bus mutuatus sit: Cui etiam gratia hoc nomine est habenda: q; nonnulla ab illis in opus suum  
quod æterno mansurum est: transferendo: fecit ne oīo memoria ueterum deleretur: quos (sicur  
præfens tempus ostendit) nō solum lectori uerum etiam risu habere iam coepimus. Deniq; & iu-  
dicio transferēdi & modo imitandi consecutus est: ut quod apud illum legerimus alienum: aut  
illius esse malimus: aut melius hic quam ubi natum est: sonare miremur. Dicā itaq; primū quos  
ab aliis traxit uel ex dimidio sui uerbi uel pene solidos Post hoc locos integros cum parua qua-  
dam mutatione translatos: seriusue ita trāscriptos: ut unde essent eluceret: immutatos alios ut  
tamen origo eorum non ignoraretur. Post hæc quædam de his quæ ab Homero sumpta sunt.  
ostendam non ipsum ab Homero tulisse sed prius alios inde sumpliſſe: & hunc ab illis quos sine  
dubio legerat transtulerat.

Ennius libro primo.

Vertitur interea cælum &amp; ruit oceano nox.

Ennius in sexto.

Vertitur interea cælum cum ingentibus signis  
Axem humero torquet stellis ardentibus aptum

Ennius in primo.

Qui cælum uerlat stellis fulgentibus aptum.

Et in tertio.

Cælum prospexit stellis fulgentibus aptum.

In decimo.

Hic nox præcessit stellis ardentibus apta:  
Conciliumq; uocat diuum pater atq; hominum rex.

In sexto.

Tum cum corde suo diuum pater atq; hominum rex  
Est locus heliperiam graji cognomine dicunt.

In primo

Est locus hesperiā quā mortales perhibebat  
Tuq; o thybri tuo genitor cum flumine sancto  
In primo.

Teg pater thyberine tuo cum flumine sancto  
Accipe dag⁹ fidem: sunt nobis fortia bello pectora.

In primo.

Accipe datq; fidem (fœdusq; feri bene firmum,  
Et lunam in nimbo nox intempesta tenebat.

In primo.

Cum superum lumen nox intempesta teneret:  
Tu tamen interea calido mihi sanguine poenas persolues

In primo.

Nec pol homo quisq; faciet impune animatus  
Hoc: nihil tu nam mihi calido das sanguine poenas  
Concurrunt undiq; tælis Indomiti agricolæ

Ennius in tertio.

Postq; defessi sunt: stant & spargere se:z  
Haſtis anſatis concurrunt undiq; tælis.  
Summa nituntur opum ui.

Ennius in quarto.

Romani scalis summa nituntur opum ui.

Et in decimosexto.

Reges per regnum statuq; sepulcrasq; querunt.  
Aedificant nomen, summa nituntur opum ui.  
Et mecum ingentis oras euoluere bellum.

Ennius in sexto.

Qui potis ingentis oras euoluere bellum.  
Ne qua meis dictis esto mora: iuppiter hac stat

Ennius in septimo.

Non semper ueltra euerit: nunc iuppiter hac stat:  
Inuadunt urbem somno uinoq; sepultam.

Ennius in octauo.

Nunc hostes uino domiti somnoq; sepulti.  
Tollitur in cælum clamor: cunctiq; latini

Ennius in septimodecimo.

Tollitur in cælum clamor exortus utrisq;  
Quadrupedante putre somno quatit ungula campum

Ennius in sexto.

Explorant numidæ: totam quatit ungula terram  
Idem in octauo.

Cum sequitur summo sonitu quatit ungula terram  
Idem in decimoseptimo

Iteques: & plausu caua concurrit ungula terram:  
Vnus qui nobis cunctando restituit rem.

Ennius in.xii.

Vnus homo nobis cunctando restituit rem.  
Corruit in uulnus: sonitum super arma dederunt

Ennius in.xvi.

Concidit: & sonitum simul insuper arma dederunt  
Et iam prima nouo spargebat lumine terras.

Lucrétius in.ii.

Cum primum aurora resparginit lumine terras:  
Flamarum longos a tergo inuoluere tractus.

Lucrétius in.ii.

Non ne uides longos flamarum ducere tractus  
Ingeminant abruptis nubibus ignes.

Lucrétius in.ii.



Nunc hinc nunc illinc abruptis nubibus ignes  
Bellū simulacra ciebat.  
Lucretius in.ii.

Componunt:complent:bellū simulacra ciebantur:  
Simulacraq; luce carentum.  
Lucretius in.iii.

Cum saepe figurās  
Contuimur miras:simulacraq; luce carentum:  
Alper acerba tuens retro redit.  
Lucretius in.v.

Asper acerba tuens immāni corpore seip̄ens:  
Tithoni croceum linquens aurora cubile.  
Furius in primo annali.

Interea oceanī linquens aurora cubile  
Quod genus hoc hominū? quæ hunc tam barbara more?  
Furius in.vi.

Quod genus hoc hominū saturno sancte create  
Rumoresq; serit uarios:ac talia fatur.  
Furius in.x.

Rumoresq; serunt uarios:ac multa requirunt  
Nomine quēq; uocans reficitq; in prælia pulsos  
Furius in.x.

Nomine quēq; ciet,dictorū tempus adesse.  
Commemorat. Deinde infra.  
Confirmat dictis:simulatq; .xuscitat acris  
Ad bellandum animos:reficitq; ad prælia mentes  
Dicte pierides:non omnia possumus omnes.  
Lucretius in.v.

Maior erat natu:non omnia possumus omnes:  
Diuersi circūspicium:hoc acrior idem.  
Pacuvius in Medea.

Diuersi circūspicimus:horror percipit;  
Ergo iter incepsum peragunt rumore secundo:  
Seuius in libro.v.

Redeunt referuntq; petita rumore secundo:  
Nunq; hodie effugies:ueniam quocunq; uocaris  
Neuius in equo troiano.

Nunq; hodie effugies:quin mea manu moriare.  
Vendidit hic auro patriam:dominūq; potentem  
Imposuit:fixit leges präcio atq; refixit:  
Varius de morte

Vendidit hic latium populis:agrosq; quiritum  
Eripuit:fixit leges präcio atq; refixit:  
Ut gemma bibat:& farano dormiat ostro  
Varius de morte.

Incubet & tyriis:atq; ex solido bibat auro.  
Talia sæcla suis dixerunt currite fusis.  
Catullus.

Currite ducentes subtegmina currite fusis.  
Fœlix heu nimium fœlix si littora tantum  
Nunq; dardaniae tetigissent nostra carinæ.  
Catullus.

Iuppiter omnipotens utinam non tempore primo  
Gnōsia cecropiæ tetigissent littora puppes.  
Magna ossa lacertosq; exiit.  
Lucretius in.xvii.

Magna ossa lacertosq; apparent homini.

Placidam per membra quietem irrigat,  
Furius in primo.  
Mitemq; rigat per pectora somnum;  
Lucretius in.iii.

Nunc quibus ille modis somnus per mēbra quietē irrigat  
Camposq; liquentes.  
Lucretius in.vi.de mari simile.  
Et liquidam molem camposq; natantes.  
Et geminos duo fulmina bellī scipiadas;  
Lucretius in.iii.

Scipiades bellī fulmen chartaginis horor.  
Et ora tristia tentantum sensu torquebit amare  
Lucretius in.ii.

Fœdo pertorquet ora sapore:  
Morte obita qualis fama est uolitare figurās:  
Lucretius in.i.

Cernere uti uideamus eas audireq; coram.  
Morte obita quorum tellus amplectitur ossa;  
Hinc est & illud Virgilii  
Et patris anchisa græmio complectitur ossa.  
Ora modis attolens pallida miris.  
Lucretius in.i.

Sed quædam simulacra modis pallentia miris  
Tum gelidus totu manabat corpore sudor.  
Ennius in.xvi.

Tunc timido manat ex omni corpore sudor  
Labitur uncta uadis abies.  
Ennius in.viii.

Labitur uncta carina:uolat super impetus undas.  
Ac ferreus ingruit imber.  
Ennius in.viii.

Hastati spargunt hastas:fit ferreus imber.  
Apicem tamen incita summum Hasta tulit  
Ennius in.xvi.

Tamen inde uolans secum abstulit hasta Insigne  
Puluerulētus eques furit:omnes arma requirunt  
Ennius in.vi.

Bailatum pecudes quatit:omnes arma requirunt  
Nec uisu facilis nec dictu assibilis ulli.  
Actius in Philoctete.

Quem negi tueri contra negi affari queas.  
Aut spoliis ego iam raptis laudabor opimis  
Aut leto insigni.  
Actius in armorum iudicio.

Nam tropheum ferre me a forti uiro pulchrum est.  
Si autem & uincar:uinci a tali nullum est probrum.  
Nec si miserum fortuna sinonem.  
Finxit:uanum etiam mendacemq; improba singet,  
Actius in Telepho.

Nam si a me regnū fortuna atq; opes  
Eripere quiuit:& uirtutem nequiuit:  
Disce puer uirtutem ex me uerumq; laborem:  
Fortunam ex aliis.  
Actius in armorum iudicio.

Virtuti is par:dispar fortunis patris.  
Iam iam nec maxima iuno:  
Nec saturnius hæc oculis pater aspicit æquis,



Actus in antigona:  
 Jam iam neq; dñi regunt  
 Neq; profecto deum summus rex omnibus curat;  
 Num capiti potuere capi? nū incensa cremauit Troia uiro  
 Ennius in x. cum de pergamis loqueretur.  
 Quae neq; dardanis campis potuere perire  
 Nec cum capta capi, nec cum combusta cremari  
 Multi præterea quos fama obscura recondit.

Ennius in alexandro.  
 Multi alii aduentat: paupertas quoq; obscurat nomina.  
 Audentes fortuna iuuat.

Ennius in leptimo.  
 Fortibus est fortuna uitis data  
 Recoquunt patrios fornacibus enses  
 Et curuæ rigidum falces conflantur in ensim.

Lucretius in quinto.  
 Inde minutatim processit ferreus ensis,  
 Verlaq; in obscurum species est facilis æneæ  
 Poçula sunt fontes liquidi atq; exercita cursu flumina

Lucretius in quinto.  
 Adsedare sitim fluuii fontesq; uocabant,  
 Quos rami fructus: quos ipia uolentia rura  
 Sponte tulere sua: carpsit.

Lucretius in quinto.  
 Quod sol atq; imbrez dederat: quod terra crearat  
 Sponte sua: latis id placarat pectora donum;  
 Post uerius ab alijs uel ex itegro uel ex parte trâflatos: uel  
 quædâ inutido uerba tâq; succo alio trinctos: nuc locos lo  
 cis componere: sed & animo ut unde formati sint: quasi  
 de speculo cognitas,

Lucretius in primo.  
 Nec sum animi dubius uerbis ea uicere magnum  
 Quam sit: & angustis hunc addere rebus honorem  
 Sed me parnali defera per ardua dulcis  
 Raptat amor: iuuat ire iugis qua nulla priorum  
 Caffaliam molli deuertitur orbita cliuô.

Lucretius in primo.  
 Nec me animi fallit q; sunt obscura: fed acris  
 Percussit thirlo laudis spes magna meū cor:  
 Et simul incussum luauem in pectus amorem  
 Musarum: quo nunc instinctus mente uigenti  
 Auta pieridum peragro loca nullius ante  
 Trita solo.  
 Accipe & alteq; locu Maronis illi unde traxerat cōparadū  
 ut eûde colorē ac pene simile sonu loci utriusq; reperias;

Virgilius.  
 Si non ingentem foribus domus alta superbis  
 Mane salutatum totis uomit ædibus undam;  
 Nec uarios inhiant pulchra testudine postes.  
 Et mox.

At secura quies & nescia fallere uita  
 Diues opum uariarum: at latis ocia fundis:  
 Speluncæ uiuq; lacus: at frigida tempe:  
 Mugitusq; boum mollesq; iub arbore somni  
 Non absunt illuc saltus ac lustra ferarum:  
 Et patiens operum paruoq; assueta iuuentus

Lucretius in secundo.

Si non aurea sunt iuuenum: simulacra per ædes  
 Lampadis inferas manibus retinentia dextris.  
 Lumina nocturnis epulis ut suppeditentur:  
 Nec domus argento fulgens auroq; renidens:  
 Nec cytharam reboant laqueata aurataq; tempe:  
 Cum tamen inter se prostrati in gramine molli  
 Propter aquæ riuum sub ramis arboris altæ:  
 Non magnis opibus iocunde corpora curant:  
 Præsertim cum tempestas arridet: & anni  
 Tempora conspargunt uiridantis floribus herbas.  
 Non umbræ altorum nemorum non mollia possunt.  
 Prata mouere animum: non qui per faxa uolutus  
 Purior electro campum petit amnis.

Lucretius in secundo.

Nec teneræ salices atq; rore uirentes.  
 Fluminæ ulla queunt summis lambentia ripis  
 Oblectare animum: subitamq; auertere curam.  
 Ipsius uero pestilétiæ: q; est i tertio georgicog;: color totus  
 & liniaméta pene omnia tracta sunt de descriptione pesti  
 lentia: quæ est in. Vi. Lucretii. Nam uirgiliana incipit.  
 Hic quondam morbo cœli miseranda choorta est  
 Tempestas: totoq; autumni incaduit æstu:  
 Et genus omne neci pecudum dedit omne ferarum.

Lucretii uero sic incipit.

Hæc ratio quondam morborum & mortifer æstu  
 Finibus in cecropis funestos reddidit agros:  
 Vastauitq; vias: exhaustis ciuibus urbem.  
 Sed q; tenus totu locu utriusq; ponere satis lögū ē: excupe  
 rá aliq; ex q; bus similitudo geminæ descriptois appareat.

Virgilius ait.

Tum uero ardentes oculi atq; attractus ab alto  
 Spiritus interdum gemitu grauis: imaq; longo  
 Illia singultu tendunt: it naribus ater  
 Sanguis: & oppressas fauces premit aspera lingua

Lucretius ait:

Principio caput incenfum feroire gerebat:  
 Et duplices oculos suffusa luce rubentes.  
 Sudabant etiam fauces intrinsecus attræ.  
 Sanguine & ulceribus uocis uia septa cohabit.  
 Atq; animi interpres manabat lingua crux  
 Debilitata molis motu grauis aspera tactu.

Virgilius sic ait.

Hæc ante exitum primis dant signa diebus.  
 Et quæ darer signa: supra rettulit: id est  
 Demisse aures: sincerus ibidem  
 Sudor & ille quidem morituris frigidus aret:  
 Pellis & attactu tractanti dura resistit.

Lucretius ait.

Multaq; præterea mortis tunc signa dabantur  
 Perturbati animi: mens in mœrore metuque  
 Triste supercilium: furiosus uultus & acer:  
 Sollicito porro plenæque sonoribus aures:  
 Creber spiritus aut ingens raro coortus.  
 Sudoribusq; madens per collum splendidus humor  
 Tenuia spuma minuta croci contracta colore:  
 Salsaq; per fauces raucas uix edita tuffis.

Virgilius



Profuit inserto latices infundere cornu  
Leones, ea uisa salus morientibus una,  
Mox erat hoc ipsum exitio.

Lucretius ait.

Nec ratio remedii communis certa dabatur.  
Nam quod alis dederat uitalis aeris auras  
Volueret in ore: licet & cœli templa tueri  
Hoc alius erat exitio: letumque parabat.

Virgilius ait.

Præterea nec iam mutari pabula refert.  
Quæsitæque nocent artes: cessere magistri.

Lucretius ait.

Nec requies erat ulla mali: defessa iacebant  
Corpora: missabat tacito medicina timore:

Virgilius ait.

Ipsis est aer auibus non equus: & illæ  
Præcipites alta uitam sub nube relinquent.

Lucretius ait.

Nec tamen omnino temere illis sedibus ulla  
Comparebat aus: nec tristia feda ferarum  
Exuperant siluis: languebat pleraque morbo:  
Et moriebantur.

Nonne uidentur nobis mēbra huius descriptionis ex uno  
fonte manasse? Sed rursus locos alios comparamus?

Gaudent perfusi sanguine fratrum.

Exilioque domos & dulcia limina mutant.

Lucretius in tertio.

Sanguine ciuili rem conflant: diuiciasque  
Conduplicant audi cœdem cœde accumulantes:  
Crudeles gaudent in tristi funere fratris.  
Multæ dies uariisque labor mutabilis æui  
Rettulit in melius: multos alterna reuisen  
Luit: & in solido rurus fortuna locauit.

Ennius in octauo.

Multa dies in bello conficit unus:  
Et rurus multæ fortunæ forte recumbunt.  
Haud quemq; semper fortuna secuta est,  
O præstans animi iuuenis: quantum ipse feroci  
Virtute exuperas: tanto me impensius æquum est  
Consulere: atq; omnes metuentem expendere casus.

Actius in Antigona.

Quanto magis te istiusmodi esse intelligo:  
Tanto antigona magis me par est tibi  
Consulere & parcere.

O lux dardanæ spes o fidissima teucrum. & reliqua  
Ennius in Alexandro.

O lux troiæ germane hector.

Quid ita cum tuo lacerato corpore miser,  
Aut qui te sic respectantibus tractauere nobis  
Frena pelectronii: lapythæ gyroscq; debere  
Impositi dorso: atq; equitem docuere sub armis  
Insultare solo: & gressus glomerare superbos.

Varius de morte

Quem non ille sinit lenta moderator habenæ:  
Qua uelit ire: sed angusto prius ore coercens  
Insultare docet campis: singitq; morando.

Virgilius.

Talius amor daphnîm. qualis cum fessa iuuēcum  
Per nemora atq; altos querendo bucula lucos  
Propter aquæ riuum uiridi procumbit in ulua  
Perdita: nec seræ meminit decadere nocti

Varius de morte

Ceu canis umbrosam lustrans gortinia uallem:  
Si ueteris potuit ceruæ comprehendere lustra:  
Sæuit in absentem. & circum uestigia lustrans  
Aethera per nitidum tenues secatur odores  
Non amnes illam medii non ardua tardant,  
Perdita nec seræ minit decadere nocti.

Nea tua funera mater

Produxit pressiue oculos: aut uulnera laui,

Ennius in Creiphonte.

Neq; terram iniicere neq; cruenta  
Conuestire mihi corpora licuit  
Neq; miseræ laueræ lachryme falsum sanguinem.  
Nam canebat uti magnum per inane coacta  
Semina. terrarūq; animaq; marisq; fuissent:  
Et liquidi simul ignis: ut is: exordia primis  
Omnia: & ipse tener mundi concreuerit orbis.  
Tum durare solum: & discludere nefea ponto  
Cœperit: & rerum paulatim sumere formas.  
Iamq; nouum terræ stupeant lucescere solem.  
Lucretius in quinto ubi de confusione orbis ante huc sta  
tum loquitur.

His neq; tum solis tota cerni lumine claro  
Altius olaus poterat: neq; magni sydera mundi  
Nec mare nec cælum nec deniq; terra nec aer  
Nec iūmilis nostris rebus res ulla uideri  
Sed noua tempestas quædam: molesq; cohorta  
Diffugere inde loci partes cœpere: parensq;  
Cum paribus iungit res: & discludere mundum  
Membracq; diuidere: & magnas disponere partes.

Et infra.

Hoc est a tetris magnum fecernere cælum  
Et seorsum mare uti secreto humore pateret,  
Seorsum item puri secretiq; ætheris ignis

Et infra.

Omnia enim magis hæc ex leuibus atq; rotundis  
Cum fatalis equus saltu super ardua uenit  
Pergama: & armatum peditem grauis attulit aluo

Ennius in alexandro

Nam maximo saltu superauit  
Grauibus armatis equus  
Qui suo partu ardua perdat pergama:  
Tum pater omnipotens rerum cui summa potestas  
Infit: eo dicente deum domus alta filescit  
Et tremefacta solo tellus silet: arduus æther:  
Tum uenti posuere: præmit placida equora pontus

Ennius in Scipione.

Mundus cœli uastus constitut silentia:  
Et neptunus sœuus undis asperis pausam dedit.  
Sol equis iter repressit unguis uolantibus  
Confistere amnes perennes: arbores uento uacant.  
Itur in antiquam syluam stabula alta ferarum:  
Procumbunt piceæ: sonat icta securibus ilex:



Fraxineæq; trabes:cuneis & fissile robur  
Scinditur:ac uoluunt ingentes montibus ornos:  
Ennius in sexto.  
Incedunt arbusta per alta securibus cædunt:  
Percellunt magnas:quercus exceditur ilex:  
Fraxinus frangitur:atq; abies consternitur alta:  
Pinus proceras peruertunt:omne sonabat  
Arbustum fremitu syluat:frondosai:  
Diuersi magno ceu quondam turbine uenti  
Configūt:zephyrusq; notusq; & latus eos Euris equi.  
Ennius in decimo septimo.  
Concurrunt ueluti uenti cum spiritus austri  
Imbricitor aquiloi suo cum flamine contra:  
Inde mari magno fluctus extollere certant  
Nec tamen:haec cum sunt hominūq; boūq; labotes  
Versando terram experti nihil improbus anser  
Lucretius in quinto.  
Sed tamen interdum magno quæsita labore  
Cum iam per terras frondent atq; omnia florent:  
Aut nimis torrens seruoribus æthereus sol  
Aut subiti perimunt imbræ gelidæq; pruinæ.  
Flabraq; uentorum uiolento turbine uerfant:  
Sunt alii loci plurimoq; uersuū:quos Maro in opus suū cū paucog; imutatione uerborum a de-  
teribus transtulit. Et quia longū est uniuersos uersus ex utroq; transcribere:libros ueteres nota-  
bo ut qui uolet illuc legēdo æqualitatem locoq; conferendo miretur. In primo æneidos tempe-  
stas describitur:& Venus apud louē queritur de periculis filii & Iuppiter eā de futuroq; psperti-  
tate solatur. Hic locus totus sumptus a Nevio est ex primo libro belli punici. Illuc enī æque Ve-  
nus troianis tempestate laborantibus cū loue queritur:& sequūtūr uerba louis filiam consulā-  
tis spe futuroq;. Item de Pandaro & Bitia apiétabus portas locus acceptus est ex libro quintode-  
cimo Enni: qui induxit histros duos in obſidione erupisse portā:& stragē de obſidente hoste fe-  
cisse. Nec Tullio cōpilando dūmodo undiq; ornamēta sibi conserret:abſtinuit. O fama ingens  
ingentior armis Vir troiane:Nempe hoc ait: Aeneam famā suā factis fortibus supergressum:cū  
plerūq; fama sit maior rebus. Sensus hic in Catone Ciceronis his verbis contingebat in eo:qd'  
plerilq; contra solet ut maior omnia te q; fama uideretur: Nam saepe euenit ut expeditatio cogni-  
tione aures ab oculis uincerentur. Item proximus huic longo: sed pximus interuallo. Cicero in  
Bruto: Duobus igitur summis Crasso & Antonio Lutius Philippus pximus accedebat: sed lon-  
go interuallo:tamen proximus. Sunt quædā apud Virgilium quæ ab Homero creditur trāſtu-  
